ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR



Euripides

ΕΥΡΙΠΙΔΗΣ.

EURIPIDIS

TRAGŒDIÆ SUPERSTITES

ET

DEPERDITARUM FRAGMENTA

EX RECENSIONE

G. DINDORFII.

TOMUS III.

ANNOTATIONES.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXIX.

gen.

PRÆFATIO.

IN annotationibus ad Euripidem idem mihi fuit propositum quod in commentariis in Aristophanem nuper editis, ut ex ingenti quæ plurimorum studiis in hunc poetam collatis paullatim accrevit annotationum copia deligerem quæ lectoribus paullo exercitatioribus profutura viderentur, meis ubi opus esset additamentis correctionibusve aucta. In quo negotio ita sum versatus ut non solum falsa et inutilia resecarem verbosiusque quam oportebat dicta in brevius contraherem, sed etiam iis omnibus, quæ bona quidem et utilia, sed a proposito aliena non raro attulissent interpretes, legem Atticam adhiberem, quæ prudenter cavet ne quis ἔξω τοῦ πράγματος verba faceret. Nam diffusum illud nullisque legibus adstrictum genus scribendi, quamvis clarissimorum olim virorum exemplis commendatum, nunc in dies magis omnium fere consensu improbari videmus, estque, si verum volumus fateri, sanæ rationi non minus contrarium quam si quis geographus de Europa explicans aliquid de Africa quasi præteriens admisceat.

De codicibus manuscriptis quoniam in indice librorum infra posito dicetur, hic satis erit in universum monuisse duas esse codicum classes, alteram antiquiorem, quæ fabulas septem primas complectitur, quorum principes sunt Parisinus 2712. et, qui septem illis Troades Rhesumque adjunxit, Vaticanus 909, alteram

recentiorem, quæ seculi quarti decimi initia vix attingit: qua quum sola utamur in decem fabulis postremis, non est mirandum aliquanto majorem in his quam in prioribus relinqui vitiorum segetem, in quibus corrigendis etsi viri docti inde ab G. Cantero et Scaligero usque ad novissima hæc tempora non pauci elaborarunt, tamen etiam posterior ætas habebit in quo se exerceat. Omnino enim Euripidis tragœdiæ fortuna usæ minus secunda quam Sophoclis Aristophanisque fabulæ non solum longe plures et graviores quam illorum expertæ sunt omnis generis corruptelas, sed etiam numerosis recentiorum quorundam poetarum grammaticorumve additamentis sunt interpolatæ. Cujus temeritatis quæ plurima et manifestissima in Iphigenia Aulidensi reperiuntur documenta aliquid excusationis habent eo quod imperfectam fabulam illam reliquit Euripides: sed aliis quoque fabulis minime pepercit interpolatorum libido, adjectis versibus non paucis, quos tamen plerumque non est difficile ab genuinis discernere versibus Euripidis, si quis non solum tragicorum veterum inprimisque Euripidis ingenium dictionemque bene noverit, sed etiam in recentiorum Græcorum poesi, quæ ab doctorum Alexandrinorum ætate usque ad medii ævi tempora pertinet, ita sit versatus ut in horum poetarum sentiendi dicendique rationem, quæ multis modis discrepat ab æquabili, tersa et eleganti veterum Atticorum dictione, penitus se insinuaverit. Multa hujusmodi primus sagaciter investigavit in Phœnissis Valckenarius, nonnulla etiam in aliis, quas tamen non pari cura pertractandas sibi sumpserat, fabulis, assentientibus, uno alterove loco excepto, peritissimis quibusque harum rerum judicibus, dissentientibus imperitis, quos dubiam codicum fidem ratione potiorem habentes ne audiendos quidem, nedum refu-

tandos ipse judicabat Valckenarius. Duplex autem interpolationum illarum genus est: alia enim ad explicandas amplificandasve poetæ sententias ab interpretibus sunt conficta, alia Euripidea quidem sunt, sed locis alienis illata, quum marginibus adscripsissent grammatici similia similibus comparantes. Utriusque generis exempla, quorum indicem infra posui, partim ab me partim ab aliis notata sunt versus centum et septuaginta sex in fabulis septemdecim: nam in Rheso præter duo prologos spurios ab scriptore argumenti Græci memoratos nihil hujusmodi deprehendimus, amplas autem Iphigeniæ Aulidensis interpolationes, in prooemio ad hanc fabulam indicatas, quarum rationem paullo aliam esse supra dicebam, hoc loco omittere placuit. Ceterum ex indice nostro facile intelligetur primas quattuor fabulas, quas præ ceteris lectitatas in scholis grammaticorum esse constat, interpolationibus magis quam reliquas fuisse obnoxias.

1—3. Hecub. 441—443.

ὣς τὴν Λάκαιναν ξύγγονον Διοσκόροιν,
Ἑλένην ἴδοιμι· διὰ καλῶν γὰρ ὀμμάτων
αἴσχιστα Τροίαν εἷλε τὴν εὐδαίμονα.

4. 5. Ibid. 555. 556.

οἱ δ' ὡς τάχιστ' ἤκουσαν ὑστάτην ὄπα,
μεθῆκαν, οὗπερ καὶ μέγιστον ἦν κράτος.

6—9. Ibid. 794—797.

ξενίας τ' ἀριθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν ξένων·
τυχὼν δ' ὅσων δεῖ καὶ λαβὼν προμηθίαν
ἔκτεινε, τύμβου δ', εἰ κτανεῖν ἐβούλετο,
οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλ' ἀφῆκε πόντιον.

10. 11. Ibid. 831. 832.

ἐκ τοῦ σκότου γὰρ τῶν τε νυκτέρων πάνυ

φίλτρων μεγίστη γίγνεται βροτοῖς χάρις.

12. 13. Ibid. 1185. 1186.

πολλαὶ γὰρ ἡμῶν αἱ μέν εἰσ' ἐπίφθονοι,
αἱ δ' εἰς ἀριθμὸν τῶν κακῶν πεφύκαμεν.

14. Orest. 361.

καὶ θάνατον οἰκτρῷ πρὸς δάμαρτος ὤλετο.

15—17. Ibid. 588—590.

ὁρᾷς; Ὀδυσσέως ἄλοχον οὐ κατέκτανε
Τηλέμαχος· οὐ γὰρ ἐπεγάμει πόσει πόσιν,
μένει δ' ἐν οἴκοις ὑγιὲς εὐναστήριον.

18. Ibid. 933.

πάλαι Πελασγοὶ, Δαναΐδαι δὲ δεύτερον.

19. Phœniss. 52.

καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός.

20. Ibid. 428.

Τυδεῖ τε κἀμοί· σύγγαμος γάρ ἐστ' ἐμός.

21. Ibid. 558. (ex Inone, ut videtur, Euripidis)

ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος.

22. 23. Ibid. 566. 567.

ὀδυνηρὸς ἆρ' ὁ πλοῦτος, ὃν ζητεῖς ἔχειν,
γενήσεται Θήβαισι, φιλότιμος δὲ σύ.

24. Ibid. 630.

οὐχ ἑκὼν γὰρ ἦλθον, ἄκων δ' ἐξελαύνομαι χθονός.

25. Ibid. 756. iterumque 1376.

κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.

26. Ibid. 946.

κεἰ μὴ γὰρ εὐνῆς ἥψατ', ἀλλ' ἔχει λέχος.

27—29. Ibid. 1116—1118.

τὰ μὲν σὺν ἄστρων ἐπιτολαῖσιν ὄμματα
βλέποντα, τὰ δὲ κρύπτοντα δυνόντων μέτα,
ὡς ὕστερον θανόντος εἰσορᾶν παρῆν.

30. Ibid. post 1199. in cod. Flor. uno,

καὶ νῦν γὰρ αὐτὴν δαιμόνων ἔσωσέ τις.

31. Ibid. 1235. (omissus in cod. Flor. uno)
σπαρτῶν τε λαὸς ἅλις, ὅσος κεῖται θανών.

32. 33. Ibid. 1262. 1263.
κἄπαθλα δεινὰ δάκρυά σοι γενήσεται
δισσοῖν στερείσῃ τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ τέκνοιν.

34. Ibid. 1362.
δισσὼ στρατηγὼ καὶ διπλῶ στρατηλάτα.

35—37. Ibid. 1369—1371.
αἴσχιστον αὐτῷ στέφανον, ὁμογενῆ κτανεῖν.
πολλοῖς δ' ἐπῄει δάκρυα τῆς τύχης ὅση,
κἄβλεψαν ἀλλήλοισι διαδόντες κόρας.

38. Ibid. 1430.
σὺν παρθένῳ τε καὶ προθυμίᾳ ποδός.

39. Ibid. 1465.
κἀν τῷδ' ὑπεξῆλθ' Ἀντιγόνη στρατοῦ δίχα.

40. Ibid. 1596.
καὶ τλήμον', εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ.

41. 42. Ibid. 1606. 1607.
ὅς μ' οὐ διώλεσ', ἀλλὰ δουλεῦσαί τέ με
Πόλυβον ἐξέδωκεν (vel *δαίμων ἔδωκε Πόλυβον*) *ἀμφὶ δε-σπότην.*

43. Ibid. 1611.
ἀρὰς παραλαβὼν Λαΐου καὶ παισὶ δούς.

44. Ibid. 1628.
ὃς πέρσων πόλιν
πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε.

45. Ibid. 1634. (ex Soph. Antig. 29.)
ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.

46. 47. Ibid. 1637. 1638.
καὶ παρθενεύου τὴν ἰοῦσαν ἡμέραν
μένουσ', ἐν ᾗ σε λέκτρον Αἵμονος μένει.

48. Ibid. 1644.
τί τόνδ' ὑβρίζεις πατέρ' ἀποστέλλων χθονός.

49. Ibid. 1759. (ex Soph. Œd. T. 1525.)
ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ.
50. Med. 41. (ex v. 380.)
σιγῇ δόμους ἐσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος.
51. Ibid. 88.
εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ.
52. Ibid. post 304. (ex versu simili 808.)
τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου τρόπου.
53. Ibid. 468. (ex v. 1324.)
θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει.
54. 55. Ibid. 778. 779.
γάμους τυράννων, οὓς προδοὺς ἡμᾶς ἔχει,
καὶ ξύμφορ' εἶναι καὶ καλῶς ἐγνωσμένα.
56. Ibid. 782. (ex v. 1060.)
ἐχθροῖσι παῖδας τοὺς ἐμοὺς καθυβρίσαι.
57. Ibid. 785. (partim ex v. 940. 943.)
νύμφῃ φέροντας, τήνδε μὴ φεύγειν χθόνα.
58. 59. Ibid. 1006. 1007. (leviter mutati ex v. 923. 924.)
τί σὴν ἔτρεψας ἔμπαλιν παρηΐδα
κοὐκ ἀσμένη τόνδ' ἐξ ἐμοῦ δέχει λόγον;
60. 61. Ibid. 1062. 1063. iterumque 1240. 1241.
πάντως σφ' ἀνάγκη κατθανεῖν· ἐπεὶ δὲ χρή,
ἡμεῖς κτενοῦμεν, οἵπερ ἐξεφύσαμεν.
62. 63. Ibid. 1299. 1300.
πέποιθ' ἀποκτείνασα κοιράνους χθονὸς
ἀθῷος αὐτὴ τῶνδε φεύξεσθαι δόμων;
64. 65. Hippol. 32. 33.
ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρῦσθαι θεάν.
66—68. Ibid. 79—81.
ὅσοις διδακτὸν μηδέν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν ἐς τὰ πάνθ' ὁμῶς,

τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις.

69. Ibid. 224.

τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτη;

70. Ibid. 691. (abest a Par. A.)

ἐρεῖ δὲ Πιτθεῖ τῷ γέροντι συμφοράς.

71. Ibid. post 824. (ex v. 809. Abest a tribus codd.)

ἐκλύεθ' ἁρμοὺς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν.

72. Ibid. 1029. (leviter mutatus ex v. 1048.)

ἄπολις, ἄοικος, φυγὰς ἀλητεύων χθόνα.

73. Ibid. 1419.

τῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν.

74. 75. Alcest. 70. 71.

κοὐθ' ἡ παρ' ἡμῶν σοι γενήσεται χάρις
δράσεις θ' ὁμοίως ταῦτ', ἀπεχθήσει δ' ἐμοί.

76. Ibid. 204.

παρειμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος.

77. 78. Ibid. 207. 208. (leviter mutati ex Hecub. 415. 416.)

ὡς οὔποτ' αὖθις, ἀλλὰ νῦν πανύστατον
ἀκτῖνα κύκλον θ' ἡλίου προσόψεται.

79. Ibid. 312. (ex v. 195.)

ὃν καὶ προσεῖπε καὶ προσερρήθη πάλιν.

80. Androm. 7.

ἐμοῦ πέφυκεν ἢ γενήσεταί ποτε.

81. Ibid. 1254. (A libris multis abesse notavit scholiasta.)

θεὰ γεγῶσα καὶ θεοῦ πατρὸς τέκος.

82. Suppl. 162.

ὃ δή γε πολλοὺς ὤλεσε στρατηλάτας.

83. Ibid. 166.

πολιὸς ἀνὴρ, τύραννος εὐδαίμων πάρος.

84—96. Ibid. 180—192.

τόν θ' ὑμνοποιὸν αὐτὸς ἂν (vel ἃν) τίκτῃ μέλη
χαίροντα τίκτειν· ἢν δὲ μὴ πάσχῃ τόδε,

οὔτοι δύναιτ' ἂν οἴκοθέν γ' ἀτώμενος
τέρπειν ἂν ἄλλους· οὐδὲ γὰρ δίκην ἔχει.
τάχ' οὖν ἂν εἴποις, Πελοπίαν παρεὶς χθόνα
πῶς ταῖς Ἀθήναις τόνδε προστάσσεις πόνον;
ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε.
Σπάρτη μὲν ὠμὴ καὶ πεποίκιλται τρόπους·
τὰ δ' ἄλλα μικρὰ κἀσθενῆ· πόλις δὲ σὴ
μόνη δύναιτ' ἂν τόνδ' ὑποστῆναι πόνον·
τά τ' οἰκτρὰ γὰρ δέδορκε καὶ νεανίαν
ἔχει σε ποιμέν' ἐσθλόν· οὗ χρείᾳ πόλεις
πολλαὶ διώλοντ', ἐνδεεῖς στρατηλάτου.

97. Ibid. 252.
ἀλλ' ὡς ἰατρὸν τῶνδ', ἄναξ, ἀφίγμεθα.

98. Ibid. 275. (ex Hecub. 62.)
ἰώ μοι· λάβετε, φέρετε, πέμπετ', ἀείρετε ταλαίνας χερὸς
γεραιᾶς.

99. 100. Ibid. 696. 697.
καὶ μὴν τὰ Θησέως γ' οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη,
ἀλλ' ἵετ' εὐθὺς λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα.

101. Ibid. 903.
δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.

102. 103. Ibid. 907. 908.
φιλότιμον ἦθος, πλούσιον, φρόνημα δὲ
ἐν τοῖσιν ἔργοις, οὐχὶ τοῖς λόγοις ἴσον.

104. Iphig. Taur. 84. (ex v. 1455.)
οὓς ἐξεμόχθουν περιπολῶν καθ' Ἑλλάδα.

105. Ibid. 99.
ἢ χαλκότευκτα κλῇθρα λύσαντες μοχλοῖς.

106—108. Ibid. 588—590.
οὐδένα γὰρ εἶχον ὅστις ἀγγεῖλαι μολὼν
εἰς Ἄργος αὖθις, τάς τ' ἐμὰς ἐπιστολὰς
πέμψειε σωθεὶς τῶν ἐμῶν φίλων τινί.

109. Ibid. 683.
ἔγκληρον ὡς δὴ σὴν κασιγνήτην γαμῶν.

110. Ibid. 782.

τάχ' οὖν ἐρωτῶν σ' εἰς ἄπιστ' ἀφίξομαι.

111. 112. Ibid. 1010. 1011.

ἥξω δέ γ', ἤνπερ μαὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
πρὸς οἶκον, ἢ σοῦ κατθανὼν μενῶ μέτα.

113. Ibid. 1071.

μητρὸς πατρός τε καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ.

114. Ibid. 1214.

ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.

115. 116. Troad. 629. 630.

ὦ μῆτερ ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον λόγον
ἄκουσον, ὥς σοι τέρψιν ἐμβαλῶ φρενί.

117—126. Ibid. 642—651.

πρῶτον μὲν, ἔνθα κἂν προσῇ κἂν μὴ προσῇ
ψόγος γυναιξὶν, αὐτὸ τοῦτ' ἐφέλκεται
κακῶς ἀκούειν, ἥτις οὐκ ἔνδον μένει,
τούτου πόθον παρεῖσ' ἔμιμνον ἐν δόμοις,
εἴσω τε μελάθρων κομψὰ θηλειῶν ἔπη
οὐκ εἰσεφρούμην· τὸν δὲ νοῦν διδάσκαλον
οἴκοθεν ἔχουσα χρηστὸν ἐξήρκουν ἐμοί.
γλώσσης τε σιγὴν ὄμμα θ' ἥσυχον πόσει
παρεῖχον· ᾔδειν δ' ἁμὲ χρῆν νικᾶν πόσιν,
κείνῳ τε νίκην ὧν ἐχρῆν παριέναι.

127—134. Ibid. 660—667.

καίτοι λέγουσιν ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος·
ἀπέπτυσ' αὐτὴν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος
καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ' ἄλλον φιλεῖ.
ἀλλ' οὐδὲ πῶλος ἥτις ἂν διαζυγῇ
τῆς συντραφείσης, ῥᾳδίως ἕλξει ζυγόν.
καίτοι τὸ θηριῶδες ἄφθογγόν τ' ἔφυ
ξυνέσει τ' ἄχρηστον τῇ φύσει τε λείπεται.

135. Bacch. 182.

Διόνυσον, ὃς πέφηνεν ἀνθρώποις θεός.

136. Ibid. 243.
ἐκεῖνος ἐν μηρῷ ποτ' ἐρράφη Διός.
137—148. Ibid. 286—297.
καὶ καταγελᾷς νιν, ὡς ἐνερράφη Διὸς
μηρῷ. διδάξω σ' ὡς καλῶς ἔχει τόδε.
ἐπεί νιν ἥρπασ' ἐκ πυρὸς κεραυνίου
Ζεὺς, ἐς δ' Ὄλυμπον βρέφος ἀνήγαγεν νέον,
Ἥρα νιν ἤθελ' ἐκβαλεῖν ἀπ' οὐρανοῦ·
Ζεὺς δ' ἀντεμηχανήσαθ', οἷα δὴ θεός.
ῥήξας μέρος τι τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου
αἰθέρος, ἔθηκε τόνδ' ὅμηρον ἐκδιδοὺς
Διόνυσον Ἥρας νεικέων· χρόνῳ δέ νιν
βροτοὶ τραφῆναί φασιν ἐν μηρῷ Διὸς,
ὄνομα μεταστήσαντες, ὅτι θεᾷ θεὸς
Ἥρᾳ ποθ' ὡμήρευσε, συνθέντες λόγον.
149. Cycl. 674.
ὡς δὴ σύ. καὶ πῶς σ' οὔτις ἂν θείη τυφλόν;
150—152. Heracl. 223—225.
σοὶ γὰρ τόδ' αἰσχρὸν χωρὶς ἔν τε πόλει κακὸν,
ἱκέτας ἀλήτας συγγενεῖς, οἴμοι κακῶν,
βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον, ἕλκεσθαι βίᾳ.
153. Helen. 236.
ἐπὶ τὸ δυστυχὲς κάλλος, ὡς ἕλοι γάμον ἐμόν.
154. Ibid. 245.
χαλκίοικον ὡς Ἀθάναν μόλοιμ'.
155. Ibid. 780. (ex Phœn. 972.)
φεῦγ' ὡς τάχιστα τῆσδ' ἀπαλλαχθεὶς χθονός.
156—161. Ibid. 903—908.
μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν, τὰ κτητὰ δὲ
κτᾶσθαι κελεύει πάντας, οὐκ ἐς ἁρπαγάς.
ἐατέος δ' ὁ πλοῦτος, ἄδικός τις ὤν.
κοινὸς γάρ ἐστιν οὐρανὸς πᾶσιν βροτοῖς
καὶ γαῖ', ἐν ᾗ χρὴ δώματ' ἀναπληρουμένους
τἀλλότρια μὴ 'χειν μηδ' ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ.

162—165. Ibid. 1013—1016.

καὶ γὰρ τίσις τῶνδ' ἐστὶ τοῖς τε νερτέροις
καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις. ὁ νοῦς
τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμην δ' ἔχει
ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών.

166. Ibid. 1164.

ἀθλίοις ἐν συμφοραῖς Ἰλίοις.

167. Ibid. 1374.

κάλλιστα δῆτ' ἀνήρπασεν τεύχη πόσις.

168. 169. Ibid. 1671. 1672.

Σπάρτης ἀπάρας, τῶν κατ' οὐρανὸν δόμων
κλέψας δέμας σὸν, μὴ Πάρις γήμειέ σε.

170. 171. Ion. 616. 617.

ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων
γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς.

172. Ibid. 847.

εἰ γάρ γ' ὑφήσεις, τοῦδ' ἀπαλλάξει βίου.

173. 174. Herc. f. 495. 496.

ἅλις γὰρ ἐλθὼν ἱκανὸς ἂν γένοιο σύ·
κακοὶ γὰρ ἐς σέ γ', οἳ τέκνα κτείνουσι σά.

175. Electr. 651.

λέγ', ὦ γεραιὲ, τάδε Κλυταιμνήστρᾳ μολών.

176. Ibid. 678.

καὶ Γῆ τ' ἄνασσα, χεῖρας ᾗ δίδωμ' ἐμάς.

Ex annotationibus scholiastarum, quæ ad paucas tantum tragici fabulas supersunt, non plures quam decem petere licuit vitiosarum lectionum correctiones has,

1. Orest. 186. χαρὰν libri] χάριν scholiasta.
2. Phœn. 185. μεγαλανορίαν] μεγαληγορίαν
3. Ibid. 264. οὐ μεθῶσ'] οὐκ ἐκφρῶσ'
4. Ibid. 642. κατῴκισε] κατοικίσαι
5. Ibid. 1569. αἰρομένα] ὀρομένα
6. Hipp. 441. γ' οὐ δεῖ] λύει
7. Alcest. 595. Αἰγαῖον] Αἰγαίων'

8. Troad. 308. φέρω] φέρε.

9. Ibid. 514. ἐπιτήδειον] ἐπικήδειον

10. Ibid. 1306. κρύπτουσα] κτυποῦσα.

Aliquanto utilior fuit scriptorum quorundam veterum grammaticorumque comparatio, quibus non solum integros versus plures in codicibus omissos debemus, sed etiam corruptarum lectionum non paucarum emendationes acceptas referimus, in quibus sunt quædam valde memorabiles, quæ quum nonnihil conferant ad æstimandam fidem codicum, quorum auctoritate vulgata editionum lectio nititur, non inutile erit emendationes illas omnes sub uno conspectu exhiberi:

1. Hec. 1112. ἴσμεν libri] ᾖσμεν Etym. M.
2. Orest. 1005. Πλειάδος] Πελειάδος Eustathius.
3. Phœn. 183. Νέμεσις] Νέμεσι Suidas.
4. Ibid. 504. ἡλίου] αἰθέρος Stobæus.
5. Med. 512. τε] γε Herodianus περὶ σχημάτων.
6. Hippol. 345. ἅμ' ἐχρῆν] ἁμὲ χρὴ Aristoph. Equit. 16.
7. Ibid. 443. φορητὸς] φορητὸν Stobæus.
8. Ibid. 1123. Ἀθήνας] Ἀθάνας Eustathius.
9. Alcest. 883. τῆσδ'] τῆς Stobæus.
10. Ibid. 1085. ἡβᾷ σοι] ἡβάσκει Galenus.
11. Andr. 270. ἐγκαταστῆσαι] καταστῆσαι Stobæus.
12. Suppl. 479. γάρ ἐστι] βροτοῖς Stobæus.
13. Ibid. 486. καὶ τοῖν] καίτοι Stobæus.
14. Ibid. 490. ποιναῖσι—τ'] γόοισι—δ' Stobæus.
15. Ibid. 860. τὸν ἁβρὸν] τὸ δῖον Polybius.
16. Ibid. 874. ἔσχεν] ἔσχ' ἐν Stobæus.
17. Ibid. 914. διδακτὸς] διδακτὸν Stobæus.
18. Ibid. 975. λοιβαί τε νεκύων φθιμένων accessit ex Plutarcho.
19. Ibid. 1110. νώτοισι καὶ στρωμναῖσι καὶ μαντεύμασιν] βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Plutarchus et partim M. Antoninus.

20. Ibid. 1112. ὠφέλουν πόλιν] ὠφελῶσι γῆν Plutarchus.
21. Iphig. Aul. 317. δῆτ'] ποτ' grammaticus Bekkeri.
22. Ibid. 379. σωφρονέστερον] σωφρονεστέρως Stobæus.
23. Ibid. 380. αἰσχρὸς οὐκ αἰδεῖσθαι] χρηστὸς αἰδεῖσθαι Stobæus.
24. Ibid. 394. οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι accessit ex Theophilo et Stobæo.
25. Ibid. 407. συσσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν] συσσωφρονεῖν γὰρ, οὐχὶ συννοσεῖν ἔφυν Plutarchus.
26. Ibid. 449. γε] δὲ Plutarchus.
27. Ibid. 1149. ἔγημες] ἔγημας schol. Homeri.
28. Ibid. 1219. γῆς] γῆν Plutarchus.
29. Ibid. 1251. τὰ νέρθε δ' οὐδείς] τὸ νέρθεν οὐδέν Stobæus.
30. Ibid. 1400. εἰκὸς ἄρχειν] ἄρχειν εἰκός Aristoteles.
31. Iphig. Taur. 253. ἀκταῖσιν] ἄκραις Plutarchus.
32. Ibid. 727. πολύθρηνοι] πολύθυροι Aristoteles.
33. Ibid. 787. ἐστὶν ἐν] ἐστὶ τὰν Plutarchus.
34. Rhes. 658. εἰδὼς] ἰδὼν scriptor Christi Patientis.
35. Ibid. 794. νείεραν εἰς πλευροῦ] νειάτην πλευράν Chr. P.
36. Ibid. 825. οὔτ' ἐκοίμισ' οὔτ' ἔβρισ'] οὔτ' ἔβρισ' οὔτ' ἐκοίμισ' Chr. P.
37. Ibid. 854. οἵδ' ἀφιγμένοι] οἵδ' ἀφιγμένον Etymol. M.
38. Troad. 930. ὑπεκδράμοι] ὑπερδράμοι Tzetz. in Iliad.
39. Bacch. 129. ἔν τ' ἄσμασι] εὐάσμασι Strabo.
40. Ibid. 134. αἷς] οἷς Strabo.
41. Ibid. 391. δῶμα—ἀλλ' ὅμως] δώματα—ὅμως Stobæus.
42. Ibid. 600. τρομερὰ δώματα δίκετε] δίκετε τρομερὰ σώματα Etymol. M.
43. Ibid. 655. εἶ] σὺ Chr. P.
44. Ibid. 694. τε κἄζυγες] τ' ἔτ' ἄζυγες Chr. P.
45. Ibid. 1170. ὀρέων] ὄρεος Plutarchus.

46. Ibid. 1172. μακάριον θήραμα] μακαρίαν θήραν Plutarchus.

47. Heracl. 75. γέροντα μᾶλλον] γέροντ' ἀμαλόν Hesychius.

48. Helen. 561. Ἑλληνὶς εἴ τις ἢ 'πιχωρία γυνή accessit ex Aristoph. Thesm. 907.

49. Ibid. 931. οὐκ ἄρ' ἦν] οὐκ ἤμην Etym. M.

50. Ibid. 941. παιδὶ] παισί Stobæus.

51. Ion. 434. οὖδας] οὐδέν Justinus Mart.

52. Ibid. 438. τεκνούμενος] ἐκτεκνούμενος Justinus.

53. Ibid. 440. ὢν] ἂν Justinus.

54. Ibid. 443. λοιπῷ] λόγῳ Justinus et Clemens Alex.

55. Ibid. 447. τίνοντες δ'] δ' om. Justinus et Clemens Alex.

56. Ibid. 449. κακῶς] κακούς Justinus.

57. Ibid. 452. εἰλείθυιαν] ἀνειλείθυιαν Hesychius.

58. Ibid. 605. οἳ τὰς πόλεις ἔχουσι κἀξιώματα] οἱ τὰς πόλεις ἔχοντες ἀξίωμά τε Stobæus.

59. Ibid. 625. δημότης δ'] δ' om. Stobæus.

60. Ibid. 732. εἰσβλέψαι] ἐμβλέψαι Plutarchus et Stobæus.

61. Herc. fur. 676. ἢ] μὴ Stobæus.

62. Ibid. 949. θένων] ἔχων Dio Chr.

63. Ibid. 1293. συγγενῶν] συγγενῶς Stobæus.

64. Ibid. 1349ª. ταῖς συμφοραῖς—ὑφίσταται] τὰς συμφορὰς—ἐπίσταται Stobæus.

65. Ibid. 1349ᵇ. θνητὸς πεφυκὼς ὃν τρόπον φέρειν χρεών accessit ex Stobæo.

66. Electr. 168. ἀγροτέραν] ἀγρότειραν Plutarchus.

67. Ibid. 295. σοφοῖσιν] σοφοῖσι δ' Stobæus.

68. Ibid. 296. μὲν εἶναι] ἐνεῖναι Stobæus.

69. Ibid. 388. δορί] δόρυ Stobæus.

Omisi in his miram quandam scripturæ discrepantiam, quam de Hecubæ v. 574. testatur Chœroboscus

in Bekkeri Anecd. vol. 3. p. 1293. εὕρηται παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἐν τῇ Ἑκάβῃ τὸ τρίτον τῶν πληθυντικῶν ἰσοσύλλαβον τῷ ἰδίῳ πρώτῳ προσώπῳ πληθυντικῷ, οἷον ἐπληροῦσαν, ἔνθα φησὶν "οἱ δ' ἐπληροῦσαν πυρὰν κυρμοὺς φέροντες πευκίνους." καὶ πάλιν —παρὰ Λυκόφρονι—ἐσχάζοσαν. Legitur nunc οἱ δὲ πληροῦσιν πυράν, quod quum aliquid offensionis habere visum esset inter duo imperfecta ἔβαλλον et ἤκουεν positum, a veteri quodam correctore in οἱ δ' ἐπληροῦσαν mutatum est: nisi forte, quod ipsum quoque non improbabiliter conjicias, antiqua codicum lectio fuit ΟΙΔΕΠΛΗΡΟΣΑΝ, quod quum οἱ δ' ἐπλήρωσαν legendum esset, pro οἱ δ' ἐπληροῦσαν acceptum est a grammatico Alexandrinæ imperfecti formæ adsueto, cujus exempla reperiuntur in libris veteris Testamenti, velut ἐδολιοῦσαν Psalm. 5, 9. Eadem hodierni quoque Græci utuntur ἐφιλοῦσαν et ἐτιμοῦσαν dicentes.

Scribebam Lipsiæ m. Oct. a. 1837.

INDEX LIBRORUM.

1. ***Rom. A.*** bibliothecæ Vaticanæ 909. bombycinus seculi duodecimi. Insunt fabulæ septem primæ cum Troadibus et Rheso. Variæ lectiones modo ab eadem quæ codicem scripsit, modo ab aliis manibus adscriptæ. Hoc codice in Medea usus est Elmsleius, ego in Alcestide, Troadibus et Rheso, ubi simplici litera *A.* designavi.

2. ***H.*** sive ***Havn.*** bibliothecæ regiæ Havniensis[a] codex chartaceus, ex quo excerptam a B. G. Niebuhrio lectionis diversitatem edidit Matthiæ. Simillimus est, quamvis multo recentior, Vaticano 909. quocum ita ubique consentit ut ex eodem utrumque fonte ductum esse appareat. Amplæ quibus Vaticanus in Hecuba et Rheso laborat lacunæ, nullæ sunt in Havniensi. Tertius ejusdem familiæ codex est

(3.) ***Rom. B.*** sive Vaticanus Palatinus 98. easdem novem fabulas complexus, lectione ab librario passim interpolata. Medeam contulit Elmsleius: reliquas fabulas conferri operæ pretium non est. Quartus et ipse similis earundem fabularum codex est

(4.) ***Flor. A.*** id est liber ab Is. Vossio Florentiæ collatus, in margine exemplaris Canteriani Antverp.

[a] Ex alio ejusdem bibliothecæ codice bombycino n. 3549. tres fabulas primas complexo lectionis diversitatem edidit O. D. Blochius in Friedemanni et Seebodii Miscell. crit. vol. 1. p. 394–398. 476–486. 630–637.

1571. quod in bibliotheca Academiæ Leidensis asservatur. Collatione Vossiana usi sunt Valckenarius, Musgravius ex apographo Ruhnkenii, Matthiæ ex apographo Jo. Chr. Wolfii, quod bibliotheca Hamburgensis suppeditavit. Codex ipse quum in bibliothecis Florentinis publicis frustra quæratur, hominis videtur fuisse privati, postmodum alio ablatus.

5. *Par. A.* bibliothecæ regiæ n. 2712. membranaceus seculi decimi tertii, liber præstantissimus, Vaticano 909. auctoritate par, nisi superior. Complectitur fabulas septem primas, quarum Medeam, Hippolytum et Andromacham Musgravius, omnes præter Alcestin Brunckius, Andromacham denuo Lentingius contulit. Hunc codicem in annotationibus ad quattuor primas fabulas designavi simplici litera B, in reliquis *Par. A.*

6. *Par. B.* n. 2713. membranaceus ejusdem atque Par. A. ætatis et easdem fabulas complexus. Inspexit Musgravius, qui raro ejus mentionem fecit in tribus primis fabulis, frequentius in reliquis. Andromacham contulit Lentingius.

7. *Par. D.* n. 2818. chartaceus recens, ad Medeam Hippolytum Alcestin et Andromacham a Musgravio collatus, ad Andromacham denuo ab Lentingio, cujus hoc est de eo judicium in præfat. p. 10. " Par. D. nihil a Par. B. diversum habet, nisi scripturæ vitia ac paucula hic illic multo etiam posteriori manu adscripta. Singularis codicis MS. nomine insigniri haud meretur. Itaque ego non memoravi nisi ubi aberraret, vel B. truncatus esset. Qui unde habeat quæ e B. exciderunt, ex ipso integro descripta sint, an, quod veri videatur similius, ex alio MS. completus sit, id mihi non compertum.

8. *Flor.* 2. (sive *Laur. C.* in annotationibus Elmsleii ad Bacchas), bibliothecæ Laurentianæ plutei 32, 2.

chartaceus seculi quarti decimi. Insunt fabulæ duodeviginti: absunt Troades et extrema pars Baccharum (756—1392.). Hunc codicem passim inspexit Hieronymus Magius, cujus exemplari (v. infra n. 64.) usus est Scaliger: integrum contulit in usum Matthiæi Franciscus de Furia et multo ante Petrus Victorius in margine exemplaris Aldini, nunc in bibliotheca regia Monacensi asservati, quo usus est Matthiæ[b]. Ipsius Victorii conjecturæ, quæ tamen et raræ sunt et levissimæ, plerumque adscripto ἴσ. a codicis lectionibus discernuntur. Ex Flor. 2. descriptus est ab librario imperitissimo

(9.) *Flor.* 1. (sive *Laur. D.* apud Elmsl. ad Bacch.) ejusdem bibliothecæ plutei 31, 1. qui undecim fabulas complectitur, Rhesum, Iphigeniam Tauricam et Aulidensem, Pentheum (i. e. Bacchas), Supplices, Cyclopem, Heraclidas, Herculem, Helenam, Ionem, Electram. Baccharum versus 756—1392. ab manu recentiore suppleti sunt ex editione Aldina, ne correctis quidem vitiis typotheticis.

10. *Par. E.* chartaceus, ex duobus compositus vo-

[b] Quum lectiones Victorianæ etiam ad Troades pertineant, quæ fabula in nullo hodie reperitur codice Florentino, Troadum exempla ex bibliotheca Laurentiana *evasisse* suspicatus est Elmsleius ad Med. p. 8. Qui non videtur cognita habuisse quæ de codice Troadum ipse prodidit Victorius Var. Lect. 36, 22. "*Auxilio mihi fuit ad hunc locum* (Troad. v. 365.) *restituendum — Fulvius Ursinus, qui cum hanc fabulam contulisset cum antiquo et eodem fideli libro, quæcumque illic repperit a pervulgata lectione variata, ad me amanter misit.*" Apparet ex his Troadum codicem Victorianum non Florentinum, sed Romanum fuisse. Lectiones ipsæ ita ubique cum Vaticano A. consentiunt ut ex eo ipso similive aliquo codice (qualis est quem Florentiæ contulit Vossius) excerptas esse appareat. Quamobrem lectionem Victorianam in hac quoque ut in ceteris fabulis, quas cum Flor. 2. contulit Victorius, plerumque omisi tanquam pondus inane.

luminibus (n. 2887. et 2888.). Insunt eadem quæ Florentino secundo. Hunc ad fabulas quindecim contulit Musgravius, omissis, ut par erat, Hecuba Oreste et Phœnissis. In Electra designavit sigla "*MS. a.*" Ad Bacchas contulit etiam Brunckius, ad Andromacham Lentingius.

11. *Par. G.* chartaceus n. 2817. a Musgravio inspectus. Habet fabulas easdem quas Florentinus primus, nisi quod Electra caret nec Baccharum partis extremæ jactura est reparata.

Parisinis E. G. in Supplicibus et Iphigenia utraque usus est etiam Marklandus, qui siglis *Par. A.* et *Par. B.* notavit. De utriusque codicis origine recte judicavit Elmsleius in præfatione ad Bacchas p. 8. "Parisienses E. G. e Laurentiano C. [sive Flor. 2.] derivatos esse certissimo hoc argumento mihi constare videtur, quod quum omnes in eodem Baccharum versu desinant, non eam scripturam exhibent Parisienses, quam a prima manu habuit Laurentianus, sed eam, quæ in illo a correctore reposita est. Si primam Laurentiani C. scripturam exhiberent Parisienses, magnus dubitandi locus esset, utrum hi ab illo, an et hi et ille ab antiquiore quodam codice, qui in eodem fabulæ versu desineret, nec jam exstaret, derivati essent. At primam Laurentiani scripturam, quæ ex archetypo codice haud dubie orta est, non exhibent Parisienses, sed secundam correctore profectam. Non igitur ab archetypo illo descripti sunt Parisienses, neque ab alio ejus apographo descripti aut derivati, sed ab ipso Laurentiano a correctore jam emendato."

12. *Rom. C.* (in annot. ad Medeam) sive *Pal.* (in annot. ad Bacchas et Ionem), Vaticanus Palatinus 287. membranaceus seculi decimi quarti ut videbatur Elmsleio. Insunt fabulæ tredecim, Andromache, Me-

dea, Supplices, Rhesus, Ion, Iphigenia in Tauris, Iphigenia in Aulide (cui subjectum est spurium Danaes exordium a Commelino editum), Hippolytus, Alcestis, Troades, Bacchæ, Cyclops, Heraclidæ. Eo in Medea et Bacchis usus est Elmsleius, ego in Ione. In Medea simillimus est editioni Aldinæ: in Bacchis vero et Ione non pauca emendatius quam Aldus scripta exhibet.

Atque hi quidem codices sunt quorum auctoritate potissimum usi sumus in annotatione critica. Reliquum est ut breviter perstringamus ceterorum turbam librorum, quos, in primis quattuor maxime fabulis, non raro numerare propter ipsorum vilitatem quam designare singulos maluimus, quod labore quam fructu majore fecit Matthiæ.

13. 14. 15. Augustani tres, chartacei recentes, collati ab Hermanno, qui lectiones Hecubæ edidit ipse, Orestis et Phœnissarum cum Matthiæo communicavit.

16. 17. "*Ask.* 1. 2. ab Askewio, medico Londinensi acceptos contulit Musgr. qui eorum alterum duas priores tragœdias, alterum easdem, sed cum Phœnissis, exhibere dicit. Hos eosdem esse ait Porsonus in *syllabo notarum* etc. Oresti præfixo, quos in bibliothecam Academiæ Cantabrig. illatos et signatos Mm. 1. 11. et Nn. 3. 14. ipse contulerit. Prior notatus Cant. a Porsono Hecubam, Orestem et Phœnissas continere videtur; certe ad Phœn. nonnunquam Cant. memorat Porsonus. Alter tres priores fabulas habet eleganti manu sæculo 14. scriptas, duasque iterum priores ineleganti et recentissima manu, ex quibus illum M. recentiorem N. vocat Porsonus. Ita tres sunt codices Porsono, qui duo sunt apud Musgrav. Paucissimis etiam in locis Cant. M. N. Porsoni cum Ask. Musgravii conspirant,

ut dubitare liceat, an iidem sint, nisi forte hoc Musgr. culpa accidit, quem paucis tantum in locis eos inspexisse dicit Pors." MATTH.

18—23. "*Bodl.* Codd. sex in bibl. Bodleiana Oxonii, collati a Kingio, multo autem accuratius, sed cum Phœnissis tantum, a Jo. Burtono in *Pentalogia* s. *tragœd. Græc. delectu.* Bodleianos autem istos enumerat King. '1. Barocc. 37. Hecubam solam continens. 2. Barocc. 10. qui tres primas fabulas integras exhibet, charta Arabica, satis vetustus. 3. Laud. 89. in fol. continet Hecubam ad lin. 283. Oresten a lin. 164. lineæ vero intermediæ 1183 desunt. Continet etiam Phœnissas integras, et tres primas fabulas Sophoclis, idyllia quædam Theocriti, et odas paucas Pindari. 4. Barocc. 66. Phœnissas solas repræsentat, et duas primas Sophoclis fabulas, recens admodum et mendosus. 5. Bodl. n. 2175. sive NE. D. 2. 18. tres primas fabulas fere integras exhibet. Notandum est etiam, quod fere singuli notis interlinearibus donantur. 6. Barocc. 74. scholia continet antiqua in tres fabulas has Eurip. usque ad lin. 1569. Phœn. codex quantivis pretii.' In eadem Bibl. est 'antiqua editio Hervagii cum notis MStis Jos. Scaligeri.'" MATTH.

24. "*Br.* mutili codicis fragmentum, quod partem Hecubæ, partem Orestis et unicum folium Œd. Col. tenet. Vid. Brunck. elench. Codd. ante Orest. Schedas suas vocat Brunck. ad Hec. 816. 821. codicem suum ibid. 848. etc." MATTH.

25. "*Burn.* Variæ lectiones e MS. notatæ in Aldinæ exemplaris margine, quod cum Porsono communicavit Car. Burneius junior. Porson. eum librum in notis ad Hecub. littera B. ad Medeam (vid. P. ad v. 89.) litt. C. notavit." MATTH.

26. "C. C. C. MS. Collegii Corporis Christi apud

Cantabrigienses, a Barnesio, Kingio, Porsono collatus. Eum Musgrav. Cantabrigiensem vocat." MATTH.

27. "*Cott.* Exstat in bibliotheca Bodleiana Barnesianæ editionis exemplum ipsius Barnesii manu correctum variisque supplementis auctum. Præter alia, haud exiguum variantium lectionum numerum addidit e libro, quem *MS. Cottonianum* appellat, quique, si unquam in bibliotheca Cottoniana fuit, in incendio, quo magna pars ejus consumta est, perisse videtur. Barnesii testimonio constat, hunc librum non fuisse scriptum Euripidearum fabularum codicem, quales vulgo *MSS.* appellamus, sed variæ lectionis συλλογὴν e codicibus collectam. En pauca Barnesii de eo testimonia. Ad Tro. 154. hæc scripsit: Ποῖ λόγος ἥκει, Διὰ τῶν μελάθρων; Διὰ γὰρ μελάθρ. &c. *MS. Cotton additis duobus versibus ex Florentino Codice MS.* Ad v. 699. *MS. Cotton* ἐκ σοῦ *legit, puto ex Aldo, Vet. Cod. nobis, non Stephano.* Ad v. 1073. *Nunc video MS. Cotton remedium certum ex Vaticano MS. Codice afferre, quare illud jam ratum sit.* Ad Argumentum Baccharum: *In Florentino tamen codice* ΠΕΝΘΕΥΣ *inscribitur. MS. Cott.* Ad Medeam *Veterem Editionem* fide MS. Cottoniani aliquoties allegat Barnesius. Ea vetus editio Lascarina esse videtur. Lectiones igitur Cottonianæ, quoties cum Lascarinis consentiunt, numerum testium non augent. Sciri enim non potest, utrum e libro impresso derivatæ sint, an ex scripto." ELMSL.

28—39. Florentini duodecim a Francisco de Furia collati (apud Matthiæum), quorum duo (18. et 34.) membranacei, totidem (17. et 33.) bombycini, ceteri chartacei.

Flor. (plutei 31.) 5. Insunt Phœnissæ.

Flor. 6. et *Flor.* 9. Hecuba, Orestes, Phœnissæ.

Flor. 10. Hecuba, Orestes, Medea, Phœnissæ, Alcestis, Andromacha, Hippolytus, Rhesus.

Flor. 15. Hippolytus, Medea, Alcestis, Andromacha.

Flor. 17. Hecuba et Orestes.

Flor. 18. et 21. Hecuba, Orestes, Phœnissæ.

Flor. 25. Hecuba et Orestes.

Flor. (plutei 32.) 33. et (plutei 31.) 34. Hecuba, Orestes, Phœnissæ.

Flor. 21^{b}, quem in annotationibus ad Hecubam memorat Matthiæ, videtur esse plutei 32, 21.

40. "*Guelf.* 15. Sunt ii duo codd. MSS., uno volumine comprehensi, quorum alter Hecubam, Oresten et Phœnissas, alter Andromachen continet. Prior esse videtur sec. 14. accurate litteris elegantissimis in charta bombycina scriptus. Alter, qui Andromachen continet, est seculi 15. etiam bombycinus, eleganter, at sæpe vitiose scriptus." MATTH.

41. *Harl.* 5725. in Museo Britannico, Hecubam continens, a Porsono collatam.

42. "I. Harleianus 6300. in Museo Britannico, tres priores fabulas cum gl. interlin. et margin. continens, recentissimus quidem, non tamen contemnendus, judice Porsono ad Orest. 73. 74. Eum post Porsonum denuo cum edit. Phœn. Burgessiana contulit V. D. in *Classical Journ.* I. p. 135." MATTH.

43. "Ia. Harleianus 5743. qui Alcestidis fragmentum a v. 1032. ed. Beck. Rhesum et Troades continet. Cum Alcestide contulit Monk, signatum *Fragm.*, cum Rheso et Troad. Musgrav. (Harl.), cum Troad. denuo Ge. Burgess. (Hl.) Vide hujus præf. Troad. p. II. III. Est etiam quartus Harleianus, Hecubam continens præmissa hypothesi et epigrammatis in Euripidem, sec. 14. nr. 5724. a nemine, quod sciam, adhuc collatus." MATTH.

44. "K. Codex Regiæ societatis nr. 7. tres fabulas priores continens, quem optimum vocat King. recen-

tiorem Porson. De eo King. ad Phœn. 175. 'Mirum sane est, inquit, codicem illum tam exacte semper cum scholiis convenire, nisi illo ipso usus fuerit scholiastes, vel saltem exemplari, a quo transcriptus est: quod verisimilius videtur.' Verius Seidler. de vers. dochm. p. 297. sq. multis argumentis se exploratum habere dicit, codicem illum ad recensionem metrici cujusdam scholiastæ exaratum esse, ut apud se quidem perexigua ejus sit auctoritas." MATTH.

45. " L. Ms. Ayscough. 4952. in Museo Britannico ap. Porson. Tres priores fabulas continere videtur; nam ad Phœn. etiam, v. c. 30. 91. 92. etc. ad L. Cod. provocat Porson." MATTH.

46. 47. " *Leid.* A. B. Codices duo Leidenses, de quibus vid. Valcken. Præf. Phœn. p. IX. Quatuor vidit Jo. Lenting (vid. ejus præf. Med. p. VII. not.) quorum tres Hecubam, Oresten, Phœnissas continent, quartus tantum duas priores." MATTH.

48—51. Mosquenses quattuor, quorum *a* (seculi 15.) Hecubam et Orestem, *b* (seculi 17.) et *c* (seculi 16.) Hecubam, *d* (seculi 15.) Hecubam, Orestem et Phœnissas complectitur.

52. 53. *Par. β.* nr. 2714. in Musgravii annotationibus ad Herculem furentem et Electram. Idem in Electra aliquoties memorat codicem γ, de quo ita scribit " Alium porro Electræ MStum contuli, sed mendosissimum et quem ab homine ἀναλφαβήτῳ fere conscriptum diceres."

54. " *Par. G*, cujus lectiones quasdam ad Hecubam enotavit amicus meus." PORSON. Parisinum 2648. Hecubæ inspexit Faehsius, cujus vide Syllogen p. 277.

55. Alius codex bibliothecæ regiæ Paris. bombycinus nr. 2794. Inest fragmentum Orestis foliis 13. con-

stans. Commemoratur nonnunquam a Brunckio, qui *alterum codicem regium vocat.*

56. " *S.* chartaceus, olim Bigotianus, n. 2816. Medeam continens usque ad v. 763. ed. Barn. cum versione Latina, notulis atque emendationibus V. D. e codd. Fuit liber Maludani cujusdam, qui, ut videtur, annotationes e magistri, quem T. littera designat (Trinarchus nominatur ad v. 4. e scholiis, ubi est Τίμαρχος) ore exceptas nitidissime appinxit, plerumque levissimas et in verborum explicatione occupatas, paucas criticas." MATTH. Qui specimina illarum annotationum apposuit indigna quæ repetantur.

57. *R.* alter regiæ societatis Londinensis codex n. 24. tres priores fabulas continens, apud King. et Porson.

58—60. *Rom. D.* et *E.* sive Vaticani 910. (chartaceus) et 1421. (bombycinus) Hippolyti et, quam Elmsleius contulit, Medeæ. Uterque mutilus: nam D. desinit in Medeæ v. 1017., E. in v. 748. Alium quendam Vaticanum Hecubæ, Orestis et Phœnissarum, Parisiis tractavit Faehsius, cujus vide Syllogen p. 273. Est codex rescriptus membranaceus seculi duodecimi.

61. 62. *Taur.* duo, bibliothecæ regiæ Taurinensis ab Amedeo Peyrone collati in usum Matthiæ. Eorum alter (B. VI. 7. apud Pasin. vol. 1. p. 315.) bombycinus seculi 15. est, Orestem et Phœnissas continens: alter (C. V. 3. apud Pasin. ib. p. 216.) Andromacham habet.

63. *Vitebergensis* chartaceus seculi 13. (?) Hecubæ (usque ad v. 274.), Orestis, Phœnissarum. Lectiones ab se excerptas cum Matthiæo communicavit Hermannus.

64. " *Mag.* His litteris Elmsl. designavit exemplum ed. Hervagianæ sec. in bibl. Bodlei. in quo ad ea tituli

verba Εὐριπ. τραγ. ὀκτωκαιδέκα Scaliger ipse, ut videtur Elmsl., adscripsit *Accedunt huc lectiones Hieronymi Magii ex codice veteri*, tum varias lectiones ipsas. Easdem lectiones ipsius Magii manu exaratas exhibet exemplum Hervagianæ primæ. In pagina certe vacua titulum respiciente hæc scripta sunt: *Le varianti lettioni nella margine sono della mano propria di Gieronimo Maggio, l' autor delli libri* Variarum lectionum, *ed altre cose*. Eas semper fere cum Victorianis [i. e. cum codice Flor. 2.] conspirare e notis in Medeam deprehendet lector." MATTH.

65. " *Ox.* editio Ald. cum MS. collata, quæ anno circiter 1805. Curatorum jussu e Bibl. Bodleiana in collegium Wadhamense immigravit. Ejus collationem cum Iphig. Taur. Marklando suppeditavit Car. Hall, Dec. Bockingensis. Vid. Gaisford. ad Markl. Præf. Iphig. edit. 1811." MATTH.

66. *P.* sive *Put.* exemplum editionis Aldinæ cum codice collatum manu Christophori Puteani. Vide Catal. librorum impressorum Bibl. Reg. Paris., *Belles Lettres*, vol. 1. p. 264. Collatio desinit in fine Iphigeniæ Tauricæ. Usus ea est Musgravius, et in Supplicibus et Iphigenia utraque Marklandus, qui *Par. C.* vocavit.

Inter libros typis impressos antiquissimus est " *Lasc.* sive editio Florentina quatuor tragœdiarum, Medeæ, Hippolyti, Alcestidis et Andromaches, literis quas vocant capitales circa annum 1496. facta. Nemo, quod sciam, satis accurate de ea dixit: ceteris accuratius fortasse Amorettus apud Audiffredum Specimine Edd. Ital. Sæc. 15. p. 389. Editoris munere functus vulgo creditur Janus Lascaris. Cum easdem fabulas exhibeat Laurentianus plut. 31. cod. 15. fieri potest, ut editio ad eum codicem facta sit, aut saltem ad alium codicem

ejusdem familiæ. Rem autem de hac editione antea inauditam nuper protulit Augustus Seidlerus. Exstat in bibliotheca Senatus Lipsiensis exemplum in membranis impressum, quo cum chartaceo bibliothecæ Regiæ Dresdensis collato, vidit Seidlerus, cujus verbis utar, *in altero eorum plures paginas a typographo esse retractatas, et nonnullas cum insigni lectionis diversitate*[c]. Hanc diversitatem ipse enotavit, et cum Wolfio communicavit, qui Seidleri epistolam inseruit Analectorum Literariorum T. 1. p. 472. Hinc quidquid ad Medeam pertinebat, in annotationem meam retuli. Quatuor folia denuo impressa complectuntur versus meæ ed. 24—251. Exemplum membranaceum appello A. chartaceum B. Existimat enim Seidlerus, illud prius impressum esse. *Nam probabile est*, inquit, *editorem, quum in chartaceis exemplis, ut quæ minoris essent pretii, repetita folia abjiceret et deleret, huic membranaceo parcendum duxisse.*" ELM.

Editioni Florentinæ proxima est Aldina (a. 1503.) fabularum duodeviginti (desideratur enim Electra), ex duobus pluribusve composita infimi ævi codicibus, nec raro interpolata a correctore, qui nonnulla quidem vel metri vel sententiæ vitia bene emendavit, sed multo plura corrigendo corrupit, ceterum in aliis fabulis modestius, licentius in aliis est versatus. Editionem Al-

[c] Pergit Seidlerus: *Atque ita denuo impressa sunt in Medea quatuor integra folia inde a v. 24. usque ad v. 256. editionis Barnes. in Hippolyto tria integra folia a v. 1198. usque ad v. 1337. porro posterior folii pagina a v. 1397—1425. et prior folii pagina a v. 1426—1452. in Alcestide denique tria folia a v. 16. usque ad v. 162.* His verbis inesse mihi videntur tres errores. Hippolyti versus 1198—1337. non tria integra folia, sed quinque tantum paginas complent. Idem dicendum de Alcestidis versibus 16—162. Hippolyti v. 1397. non primus sed secundus paginæ versus est. ELM.

dinam expresserunt Basileenses Hervagianæ tres (a. 1537. 1544. 1551.), Brubachiana[d] sine anni nota (circa a. 1558.), Stibliniana Basileensis (ap. Oporin.) a. 1562. non sine multis leviorum vitiorum correctionibus, quarum ego plerumque eas tantum commemorandas duxi, quæ ex codicibus peti non possent. Pleræque editioni Hervagianæ secundæ (a. 1544.) debentur, ex schedis petitæ *eruditi cujusdam viri*, quem nominare ob singularem ipsius modestiam non licuisse sibi ait editor, sed quem Joannem Brodæum fuisse liquet ex ejus annotationibus, quæ editioni Stiblinianæ accesserunt. Eodem fere tempore (a. 1568.) H. Stephani prodierunt annotationes in Sophoclem et Euripidem, cum variis lectionibus ad Rhesum et reliquas postremas fabulas e duobus codicibus Italicis enotatis, quas Stephanus cum suis ipsius aliorumve conjecturis ita commiscuit, ut MSS. suis plurima tribueret, quæ nullo unquam in codice exstitisse sit certissimum. Ex quo sequitur ea tantum quæ aliorum librorum auctoritate postmodum sint stabilita, codicibus Stephani tuto tribui posse, reliqua autem conjecturæ esse imputanda, donec probetur contrarium. Nam quod Barnesius ad Herc. fur. 886. 889. aliique viri docti Stephanum codices illos ementitum esse pronunciarunt, temere dictum esse vel duo Troadum exempla ostendere possint, v. 232. 365, ubi lacunam editionis Aldinæ ex MSS. suis Stephanus explevit iisdem verbis quæ postmodum in aliis codicibus sunt reperta. Codices autem Stephani simillimi fuisse videntur Florentinis nostris 1. 2. quos ipsos inspectos ab eo esse suspicabatur doctus Britannus in diario classico Londinensi fasc. 14. p. 300. Troadum tamen

[d] In hac editione accessit Electra, repetita ex editione Victorii, de qua vide procemium annotationum ad hanc fabulam.

lectiones aliunde sumpserit necesse est, quum hæc fabula ab codicibus illis absit.

G. Canteri emendationes leguntur in ed. Antverp. a. 1571: Æm. Porti in editione Commeliniana a. 1597.

"A Barnesio sæpe commemoratur *liber Heinsio-Scaligeranus*. Is codex, monente Elmsleio ad Med. p. 78. not. s., nihil aliud est, quam editionis Canterianæ exemplum, quod ex Ed. Bernardi bibliotheca in Bodleianam Academiæ Oxoniensis venit. In prima pagina scriptum exhibet: *Danielis Heinsii ex legato Jos. Scaligeri.* Haud paucas Scaligeri conjecturas in margine scriptas exhibet, quarum plerasque aut memoravit aut tacite adoptavit Barnesius." MATTH. Plurimas Scaligeri correctiones Duporto tribui a Barnesio ostendit Elmsleius in Addendis ad Bacchas. Cujus erroris quæ caussa fuerit non constat.

"Jo. Miltonus in margine exempli ed. P. Steph. emendationes suas notavit, unde in marginem ed. Brubach. transscripsit Porsonus. E Stephaniana Miltoni emendationes aliquoties commemoravit Barnes. pleraque autem aut omnino silentur, aut, celato ejus nomine, pro var. lect. afferuntur. Omnes editæ sunt in Musei crit. Cantabr. n. 3. p. 283." MATTH.

INDEX
CARMINUM ANTISTROPHICORUM.

464–470=471–478
479–485=486–493
502–522=523–544
766–777=778–789
1010–1017=1018–1025
1026–1036=1037–1047
1173–1183=1186–1196
1197–1199=1200–1202
1203–1213=1218–1225
1214–1215=1216–1217

SUPPLICES.

42–47=48–54
55–62=63–70
71–78=79–86
365–368=369–372
373–376=377–380
598–607=608–618
619–625=626–633
778–786=787–793
798–810=811–823
955–962=963–970
990–1008=1012–1030
1123–1131=1132–1138
1139–1145=1146–1153
1154–1158=1159–1164

IPHIGENIA AULIDENSIS.

163–184=185–205
231–241=242–252
253–264=265–276
277–288=289–302
543–557=558–572
751–761=762–772
1036–1057=1058–1079

IPHIGENIA TAURICA.

392–406=407–420
421–438=439–455
1089–1105=1106–1122
1124–1136=1137–1151
1234–1258=1259–1283

RHESUS.

23–33=41–51
131–136=195–200
224–232=233–241
242–252=253–263

342–350=351–359
360–369=370–379
454–466=820–832
527–545=546–564
692–709=710–727
895–903=906–914

TROADES.

122–137=138–152
153–175=176–196
197–213=214–229
308–324=325–341
511–530=531–550
577–581=582–585
586–587=588–589
795–806=807–819
820–839=840–859
1060–1070=1071–1080
1081–1099=1100–1117
1304–1316=1317–1332

BACCHÆ.

64–67=68–71
72–87=88–104
105–119=120–134
370–384=385–399
400–415=416–433
519–537=538–555
862–881=882–901
977–996=997–1016
1169–1182=1183–1199

CYCLOPS.

41–54=55–68
495–502=503–510 et 511–518

HERACLIDÆ.

73–89=93–110
353–361=362–370
371–373=374–376
608–617=618–629
743–758=759–769
770–776=777–783
892–900=901–909
910–918=919–927

HELENA.

167–178=179–190

191–209=210–228
1107–1121=1122–1136
1137–1150=1151–1164
1301–1318=1319–1336
1337–1352=1353–1368
1451–1464=1465–1477
1478–1494=1495–1511

ION.

112–127=128–143
184–193=194–204
205–218=219–221,222,223.
225–230,231.233.235,236
452–471=472–491
676–694=695–713
1048–1060=1061–1073
1074–1089=1090–1105

HERCULES.

107–118=119–130
348–363=364–379
380–393=394–407
408–424=425–441
637–654=655–672
673–686=687–700
735–739=750–753
740, 741=747, 748
743–746=757–759
754–756=760–762
763–771=772–780
781–797=798–814

ELECTRA.

112–124=127–139
140–149=157–166
167–188=189–212
432–441=442–451
452–463=464–475
699–712=713–725
859–865=873–879
1147–1154=1155–1162
1177–1189=1190–1205
1206–1212=1213–1220
1221–1226=1227–1232

HECUBA.

DE tempore hujus fabulæ tantum constat, priorem esse Nubibus Aristophanis (i. e. olymp. 89, 1.): nam versu Hecubæ 174. in fabula illa usus est comicus v. 1165. Recentiorem Rheso Alcestide Medea et Hippolyto esse ex metrorum delectu numerorumque compositione colligi potest. Videtur igitur olympiade octogesima octava scripta esse, brevi ante Nubes editas tempore. Ad Delum insulam, quam inde ab olymp. 88, 3. sibi vindicaverint Athenienses, respici v. 463. probabiliter conjecit Matthiæ.

1. Locum hunc liberius vertit poeta [Ennius] apud Ciceronem Tusc. 1, 16. *Adsum atque advenio Acheronte vix via alta atque ardua.* Inter loca tragicorum, quæ Æschines pronunciando corruperit, hunc recenset Demosthenes de Corona p. 315. Reisk. Aperte ridet Aristophanes apud Athenæum 12. p. 551. B. *Καὶ τίς νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας* *Ἔτλη κατελθεῖν*; tectius vero ibidem 3. p. 112. F. *Ἥκω Θεαρίωνος ἀρτοπώλιον λιπὼν, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια.* Totum distichon in usus suos convertit Menippus in Luciani Necyomantia, fingens se ab inferis rediisse. Christi Patientis conditor, vulgo dictus Gregorius Nazianzenus, qui hanc fabulam raro citat, hunc versum habet leviter mutatum 1506. ut et hunc cum sequenti 2021. 2022. POR. Agathias Histor. p. 114, 21. *καθάπερ ἐν σκηνῇ καὶ τραγῳδίᾳ ἐκ τῶν σκότου πυλῶν ἀφιγμένοι, ἰσχνοί τινες καὶ ἑτερόχρωτες.*

σκότου] *σκότους* Etymol. MS. Paris. ap. Bast. Append. epist. crit. p. 53. Quæ forma nunc remota ex tragicis est, relicta me nolente in Æschyli fragm. 5. et apud Eurip. Iph. T. 1025.

3. Dymantis, non Cisseos, filiam Hecubam facit Homerus, Il. Π. 718. Sed Euripidem sequitur Virgilius Æn. 10. 705. Virgilium ceteri poetæ Latini. POR.

6. *δείσας*] *λάθρα μ'* grammaticus Hermanni p. 387. qui memoriæ errore ad v. 10. aberravit.

7. Θρηκίου] Hoc vocabulum in codicibus Θρήικιος vel Θρηΐκιος pariterque Θρῆιξ vel Θρῇϊξ scribi solet: de quo satis habemus semel monuisse.

8. Χερσονησίαν Brunckius. Libri χερρονησίαν. (χερουνησίαν H.) Ejusdem generis vitia contra codicum auctoritatem correcta sunt Χερρονησίᾳ infra v. 33. et πόρρω Troad. 188. Ion. 797.

11. ἵν'—εἴη—μὴ σπάνις] Metri caussa dictum pro ἵνα μὴ εἴη σπάνις. Similiter Orest. 1354. ὅπως ὁ πραχθεὶς φόνος μὴ δεινὸν Ἀργείοισιν ἐμβάλλῃ φόβον, pro ὅπως μὴ—.

13. ὃ] Id est δι' ὅ, *quapropter*, ut in Phœn. 155. ὃ καὶ δέδοικα μὴ σκοπῶσ' ὀρθῶς θεοί. Inepte scholiasta codicis Barocciani ὃ pro nominativo accepit, τὸ εἶναι νεώτατον interpretatus. Hoc si voluisset poeta, non erat ὑπεξέπεμψεν dicturus, quod verbum nemo non ad πατὴρ potius referat.

14. φέρειν ὅπλα] Hoc loco usus Wessel. ad Diod. Sic. vol. 2. p. 36. ὅπλα proprie de clypeo dici docuit. Sed Eustath. p. 48, 5. ἰστέον δὲ, ὅτι οὐκ ἔξω λόγου καὶ τὸ γενικῶς μὲν, ὡς καὶ προερρέθη, νοῆσαι τὸν μάντιν, εἴδη δὲ αὐτοῦ εἰπεῖν τὸν ἱερέα καὶ τὸν ὀνειροκρίτην, ἵνα λέγῃ, ὅτι ἐρωτηθήτω τις μάντις, οἷον ἱερεὺς ἢ ὀνειροπόλος. οὕτω καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ, γένος εἰπὼν τὸ φυτόν, ἐπάγει τὰ εἴδη ἐν τῷ, οὐ φυτὸν, οὐ συκῇ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίῃ, καὶ ἑξῆς. τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ "οὔτε ὅπλα, οὔτ' ἔγχος." γένος μὲν γὰρ τὰ ὅπλα, εἶδος δὲ τὸ ἔγχος. MATTH.

16. ὁρίσματα] Fallitur Musgr. Nam, si, quod ille vult, ὁρίσματα de columnis, quibus fines regionis determinari solerent, (qui mos est seriorum temporum) accipienda essent, sensus esset: quamdiu fines agri Trojani nondum transgressi erant Græci, s. ante Græcorum adventum; quod falsum esse e v. sq. intelligitur. Mœnia et turres recte intelligunt scholiastæ. Sic Hipp. 1459. ὦ κλείν' Ἀθηνῶν Παλλάδος θ' ὁρίσματα. MATTH.

18. εὐτύχει] Sic codices plurimi, inter quos B: alii, ut Ald., ηὐτύχει. Quod revocandum. Vid. quæ ad Aristoph. Nub. 137. diximus.

20. ὥς τις πτόρθος] Homericum ὁ δ' ἀνέδραμεν ἔρνεϊ ἶσος Il. Σ, 56, 437. comparavit Porsonus.

21. ἀπόλλυται B.H. aliique cum Eustathio p. 545, 29. 850, 52. 958, 59. Alii et Aldus ἀπώλετο.

23. αὐτὸς] In adjectivo πατρῴα continetur substantivum

πατὴρ, quo refertur *αὐτός*. Simillimum exemplum præbet Sophocles Trachin. 259. ἔρχεται πόλιν Τὴν Εὐρυτείαν· τόνδε γὰρ μεταίτιον Μόνον βροτῶν ἔφασκε τοῦδ' εἶναι πάθους. Paullo diversa est forma, quæ sæpe alibi occurrit, et apud Isocratem Panathen. p. 273. A. B. τῆς δὲ ἡμετέρας ἔτι βασιλευομένης, ἐφ' ὧν καὶ πόλεμοι πλεῖστοι, καὶ κίνδυνοι μέγιστοι συνέβησαν. Hoc quoque imitati sunt Latini. Pacuvius Teucro apud Ciceronem de Oratore 2, 46. *Neque* PATERNUM *adspectum es veritus,* QUEM *ætate exacta indigem Liberum lacerasti, orbasti, extinxti.* POR.

αὐτὸς δὲ] αὐτός τε H. aliique male.

θεοδμήτῳ] Hoc loco non *a diis conditum*, sed *diis conditum s. consecratum* significare animadvertit scholiasta.

πίτνει] Scribebatur πιτνεῖ. Vid. ad Soph. Aj. 58.

28. ἐπ' ἀκταῖς] Id est ἄλλοτ' ἐπ' ἀκταῖς. Soph. Trach. 11. φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος. POR.

30. ἄκλαυστος, ἄταφος] ἄταφος ἄκλαυστος H. et Florentini duo. Homer. a Boissonadio comparatus Il. X, 386. κεῖται πὰρ νήεσσι νέκυς ἄκλαυτος, ἄθαπτος. Odyss. Λ, 54. ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον. 72. μή μ' ἄκλαυτον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν. Soph. Antig. 29. ἐᾶν δ' ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς βοράν.

32. Mira locutio, τριταῖον φέγγος, pro simplici, τρίτον. Uno tamen exemplo se ipse Euripides defendit Hippol. 275. Πῶς δ' οὔ, τριταίαν γ' οὖσ' ἄσιτος ἡμέραν; Pro verbo "mira" melius fortasse dixissem, "insolita." Sed quis non jure miretur, hanc ipsam locutionem, τριταίαν ἡμέραν, usurpasse Arati scholiasten [788.] ad Diosem. 57. Hunc versum ob oculos habuit X. Π. 1779. 2016. POR. Τριταίαν ἡμέραν scholiasta ille dixit loci Euripidei recordatus.

33. Χερσονησίᾳ Brunckius. Libri Χερρονησίᾳ.

1753. ᾧ] ὠὴ H. et Flor. 2. cum Ald. ἰωὴ Flor. duo.

1755. θίασον Σεμέλας ex Porsoni editione remansit. Libri Σεμέλας θίασον, quod revocandum.

θίασον] θίασσον Ald.

1757. ἀχάριτον Elmsleius ad Iph. T. 566. Libri ἀχάριστον.

1758. Hunc versum et sequentem, ut ex Sophoclis Œd. T. 1524, 5. interpolatos, Valckenærii judicium secutus, ejecit Brunckius. Sed mihi, fateor, nimis abrupta videtur sententia, si hos duo demas, et ita incipias, Σφιγγὸς ὃς μόνος κ. sic enim Barnesius pro, Ὃς μόνος Σφιγγὸς κ. Malim igitur alterum retinere, et statuere ex simili Sophoclis loco alterum in margine primo adscriptum postea in textum irrepsisse. ὃς τὰ κλείν' αἰνίγματ' ἔγνω (l. ἔγνων) καὶ μέγιστος ἦν ἀνήρ. POR. Recte judicat Porsonus alterum tantum versum ejici ab Valckenario debuisse.

1761. αὐτὸς οἰκτρὸς codices. οἰκτρὸς οἰκτρὸς Ald. Œdipus se ipsum opponit Sphingi, *ego qui Sphingem oppressi, nunc ipse honore privatus*—. MATTH.

1762. ἀλλὰ γὰρ] ἀτὰρ Ald. et aliquot codd. fortasse ex v. 382.

1764—1766. De his versibus dictum in fine annotationum ad Orestem.

1764. σεμνὰ Νίκα] Scribendum σεμνὴ Νίκη.

MEDEA.

MEDEAM archonte Pythodoro, qui eponymus fuit olymp. 87, 1, editam esse diserto constat didascaliarum testimonio, quod argumenti Græci scriptor apposuit, " Ἐδιδάχθη ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην ὀλυμπιάδα. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτυς, Θερισταὶ σάτυροι· οὐ σώζεται. Duplicem hujus tragœdiæ editionem exstitisse doctorum quorundam virorum opinio fuit, futilioribus nixa argumentis quam quæ refutari operæ pretium erat ab Elmsleio p. 73. Euripidis fabulam imitatus est Ennius, cujus ex Medea fragmenta quædam cum versibus Euripideis suis quæque locis comparabimus. Euripidem autem tragœdiæ suæ argumentum ejusque tractandi rationem non ipsum invenisse, sed ab Neophrone sumpsisse, veterum quorundam opinio fuit, quam argumenti Græci scriptor his verbis memorat partim corruptis, Τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι γενναιοφρόνως διασκευάσας, ὡς Δικαίαρχός τε περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ὑπομνήμασι: de quibus Elmsleius " Legendum videtur, τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι (ὁ Εὐριπίδης scilicet), παρὰ Νεόφρονος διασκευάσας. Fuerunt qui crederent, Neophronis Medeam, cujus quatuor et viginti soli exstant versus, ex Euripidis Medea expressam esse.—Sed vix operæ pretium fuit poetam pæne ignotum furti literarii insimulare. Quis enim dubitat juniores tragicos multa a veteribus illis artis principibus sumta in suos usus convertisse? Contrariam sententiam proculdubio declarare voluit argumenti scriptor, tragicum scilicet omnium ferme nobilissimum alienam fabulam sibi supposuisse. Sic nos Angli non qui Shaksperium imitati sint, sed quos imitatus sit Shaksperius, curiose pervestigare solemus. Ita accipienda mihi videntur quæ de hoc rumore dixit Diogenes Laertius Menedemo 2, 134. ὥστε πταίουσιν οἱ λέγοντες μηδὲν αὐτὸν ἀνεγνωκέναι πλὴν τῆς Μηδείας τῆς Εὐριπίδου, ἥν ἔνιοι Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί. Eadem tradit Suidas, cujus verba sunt: Νεόφρων, ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος, τραγικὸς, οὗ

φασιν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν. Pergit dicere, Neophronem παιδαγωγοὺς καὶ οἰκετῶν βάσανον primum in scena exhibuisse. Quod verum esse non potest, nisi Euripide antiquior fuit, apud quem haud semel inducitur παιδαγωγός. Quod addit Suidas, Neophronem, quod familiariter cum Callisthene viveret, Alexandri jussu simul cum eo necatum esse, neque cum superioribus ejus verbis conciliari potest, neque multa fide dignum mihi videtur. Nam (ut ad Aristophanis Ach. 10. p. 114. jam monui) idem grammaticus Pherecratem veteris comœdiæ poetam cum Alexandro militasse ait. Qui cum fabulam Ἀγρίους annis 65. ante Alexandrum natum docuisset[a], non nisi extrema ætate eum infantem puerum videre, nedum mortuo Philippo in Asia cum eo militare potuit. Adde quod in v. Καλλισθένης non Neophronem, sed Nearchum, ipsum quoque tragicum, neque ab alio quoquam memoratum, cum Callisthene interfectum esse narrat Suidas. Neophronis fragmenta, quæ tria sola sunt, in annotatione ad v. 668. 1024. 1354. melius quam hic legentur. Quantum ex iis conjicere licet, potius fabulæ œconomiam personarumque mores quam verba aut sententias Euripidem a Neophrone mutuatum esse crediderim." Recte hæc omnia Elmsleius, nisi quod corruptum istud γενναιοφρόνως sic potius emendare debebat ut a me factum est, τὰ Νεόφρονος, a quo prope abest cod. Rom. C. scriptura πανιαόφρονος. In H. est πάνυ εὐφρόνως. Nomen poetæ emendate scriptum in Flor. uno παρὰ νεώφρονος (sic) διασκευάσεως. Ceterum prætermisit Elmsleius famam ab Athenæo 7. p. 276 A. et 10. p. 453 E. ex Clearchi libro περὶ γρίφων memoratam, Euripidem Medeæ fabulæ τὰ μέλη καὶ τὴν διάθεσιν ex Calliæ tragœdia grammatica hausisse: cujus commenti vanitatem bene exagitavit Welckerus in Museo Rhenano vol. 1. p. 150—155, licet non omnia probanda videantur quæ ibi dixit Welckerus. Denique satis erit verbo perstrinxisse anilem fabellam a Parmenisco apud scholiastam ad v. 10. eodemque ex fonte ab Æliano narratam V.H. 5, 21, accepisse Euripidem a Corinthiis quinque talenta[b], ut Medeam ipsam faceret liberos suos interficientem[c], quos secun-

a Corsinus Fast. Att. T. 3. p. 243. T. 4. p. 23.

b Quinque talenta ut numerum rotundum ponit: de quo more loquendi dixi ad Aristoph. Acharn. 6.

c De Medea liberorum interfectrice Aristot. Poet. c. 14. p. 1453, 22. τοὺς μὲν οὖν παρειλημμένους μύθους λύειν οὐκ ἔστι· — — αὐτὸν δὲ εὑρίσκειν δεῖ, καὶ τοῖς

dum alios Corinthii jugulassent. Cujusmodi narratiunculæ non paucæ de poetis scenicis circumferuntur ab umbraticis excogitatæ grammaticis: de quibus quid sentiam declaravi ad Aristoph. Nub. p. 113. et ad fragmenta comici p. 539.

ΤΡΟΦΟΣ] Vetulam quæ prologum agit pro Medeæ nutrice accepisse videtur Ennius, cujus verba afferam ad v. 48. Nutricem eam diserte appellat Cicero loco ad v. 56. allegato. Ita scilicet statuerant grammatici, quorum ἐκδόσεις personarum indicibus instructæ erant. At nihil quidquam est in ipsa fabula, quod huic opinioni pondus addet. Scholiastes etiam hanc anum quater πρεσβῦτιν appellat, bis γραῦν, nunquam τροφόν. Melius igitur fortasse in indice personarum legeretur ΓΡΑΥΣ vel ΘΕΡΑΠΑΙΝΑ quam ΤΡΟΦΟΣ. In Sophoclis Trachiniis inducitur primo Θεράπαινα, deinde Τροφὸς, eadem fortasse ancilla, certe non magis Τροφὸς quam hæc nostra. Contrarius huic error est in Euripidis Andromacha, ubi Hermiones nutrix Θεράπαινα appellatur. Nutricem esse ostendunt illa τέκνον et ὦ παῖ, a Phædræ nutrice in Hippolyto etiam usurpata. Sed hæc quæstio vix digna est cui tot verba impendamus. Majoris momenti est, quod lectorem hic monitum velim, tertium histrionem in hac fabula supervacaneum fuisse, in qua scilicet præter mutas personas, nunquam plures duabus simul inducantur. Hoc in nulla alia Euripidis fabula superstite accidit, præterquam in Alcestide. In Alcestide quidem coram patre et matre loquitur parvulus Eumelus, sed concessum fuisse videtur, ut pueri loquentes extra numerum inducerentur. Hinc esse puto, quod in Andromacha quatuor personæ in scena stant a v. 546. usque ad v. 747. Si adultus fuisset Andromaches filius Molossus, ante Pelei adventum e scena discessisset. ELM.

1. Totum locum, ut ab Ennio versus est, conservavit Auctor ad Herennium 2. 22. prope totum Priscianus de versibus comicis p. 1325, 15. *Utinam ne in nemore Pelio securibus Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes; Neve inde navis inchoandæ exordium Cœpisset, quæ nunc nominatur nomine Argo, qua*

παραδεδομένοις χρῆσθαι καλῶς. τὸ δὲ καλῶς τί λέγομεν, εἴπωμεν σαφέστερον. ἔστι μὲν γὰρ οὕτω γίνεσθαι τὴν πρᾶξιν ὥσπερ οἱ παλαιοὶ ἐποίουν, εἰδότας καὶ γινώσκοντας, καθάπερ καὶ Εὐριπίδης ἐποίησεν ἀποκτείνουσαν τοὺς παῖδας τὴν Μήδειαν.

vecti Argivi delecti viri Petebant illam pellem inauratam arietis Colchis, imperio regis Peliæ, per dolum: Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem, Medea, animo ægra, amore sævo saucia. (Ubi *Cepisset* legunt M. A. Muretus ad Catull. 65. init. et H. Stephanus Fragm. vet. Poet. Lat. p. 118. Sed altera lectio fortasse defendi potest.) POR.

διαπτᾶσθαι] Sic pleræque editiones tam nostri, quam Aristophanis Ran. 1429. [διαπτάσθαι A. in textu, διαπτᾶσθαι in scholio.] Verum tum debebat esse verbum, πτάομαι, πτῶμαι, quod nullum est. Attici enim in præsenti adhibent πέτομαι, πέταμαι, in aoristo ἐπτόμην, ἐπτάμην, quorum prius ita præferendum judico, ut contra librorum tamen consensum nihil mutetur. Recte igitur ἀνεπτόμαν edidit Brunckius in Sophocl. Aj. 693. (ubi ἀνεπτόμην Suid. MS. C.C.C. Ox. in v. ἔφριξα.) male προσέπτετο ibid. 282. In Aristoph. Av. 118. recte Beckius, Καὶ γῆν ἐπέπτου καὶ θάλατταν ἐν κύκλῳ, recte etiam Brunckius 789. ἐκπτόμενος, ut e MS. Rav. edidisse videtur Invernizius. Ἵπταμαι vero Atticis opinor prorsus fuisse incognitum. Nunquam sane occurrit in præsenti; aliquoties in imperfecto, sed ubi aptius responderet aoristus, ut Iph. A. 1617. ἀφίπτατο. Polyid. fragm. apud Valckenær. Diatrib. p. 201. ubi primum est ἵπτατο, mox ἔπτατο. In Iph. A. 801. ὡς ἔτυχε Λήδ' ὄρνιθ' ἱπταμένῳ, literas male divisas vidit Marklandus. Lege, ὡς ἔτυχεν Λήδα μιχθεῖσ' ὄρνιθι πταμένῳ. Quam facile autem hæc permutentur, exemplis patebit. Recte editur Electr. 949. ἐξέπτατ' οἴκων, sed Sextus Empiricus adv. Mathem. 11. 54. habet ἐξίπτατ' οἴκων. Confer Av. 35. cum Suid. v. ἀμφοῖν. Optime dedit διαπτάσθαι Kusterus, cui accedunt Lascaris et Eustathius p. 452, 33. 526, ult. 1419, 49. Similiter errabant Grammaticorum veterum nonnulli, cum φάσθαι apud Homerum προπερισπαστέον contendebant. In Sophoclei Thyestæ versu apud schol. ad Phœniss. 235. ubique editur κἀνακιρνᾶται mendose pro κἀνακίρναται. POR.

4. Hesychius: Ἐρετμῶσαι. κώπαις ἁρμόσαι. Dixit etiam Pseudorpheus Argon. 356. χεῖρας ἐρετμώσαντες, monente Ruhnkenio ad Hesychium. Dicitur ἐρετμῶσαι χέρας, *manus remis instruere*, ut ὁπλίσαι δέμας, στεφανῶσαι κάρα. Constructionem recte explicat schol. ὤφελε μὴ ἐρετμῶσαι ἡ Ἀργὼ τὰς τῶν ἀρίστων χεῖρας. ELM. Nonnum frequenter hac formula usum esse annotavit Ruhnkenius ad versum Orphicum.

5. *ἀριστέων* Wakefieldus ad Lucret. vol. 3. p. ult. Legebatur *ἀρίστων*. Eadem corruptela Alc. 921.

ἀνδρῶν ἀρίστων] Sic vocari posse Argonautas nemo nescit aut negat. Sed potiori jure expectasses epitheton proprium, quod in eos solos caderet, *ἀριστέων* scilicet, quo nomine quoties a poetis appellentur, nihil opus est exemplis ostendere. Ea igitur loca tantum proferam, ubi *ἄνδρες ἀριστεῖς* vocantur. Apollon. Rhod. 1. 70. *Ὦρσεν, ἀριστήεσσι σὺν ἀνδράσιν ὄφρα νέοιτο.* 2. 460. 960. *ἀριστήων στόλον ἀνδρῶν.* 465. *αὐτόθι μίμνειν Κέκλετ' ἀριστήεσσι σὺν ἀνδράσιν.* 3. 1004. *εἴκε σαώσαις Τόσσον ἀριστήων ἀνδρῶν στόλον.* Phrasin usurpat Euripides Iph. A. 28. *Οὐκ ἄγαμαι ταῦτ' ἀνδρὸς ἀριστέως.* Nec raro corrupta fuit hæc vox. Schol. Villoison. ad Il. Γ. 19. *ἢ τοὺς ἀριστεῖς τῶν Τρώων προετρέπετο κατὰ τῶν Ἑλλήνων*, codex insignis, cujus usum mihi humanissime concessit vir ornatissimus, Carolus Townleius, male quidem habet, *ἀρίστους*; sed ad I, 168. ubi scholia Veneta habent, *κἀνταῦθα γενόμενον κατασχεθῆναι ὑπὸ τῶν ἀρίστων εἰς εὐωχίαν*, ille optime, *ἀριστέων*. Legitur apud Sophocl. Aj. 1304. *Ἄρ' ὧδ' ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν Βλαστὼν ἂν αἰσχύνοιμι τοὺς πρὸς αἵματος*; Suidas etiam tum editus, tum scriptus, in tribus MSS. *ἄριστος* retinet v. *πρὸς αἵματος*. Melius tamen videtur *ἀριστεύς*. Hæc conjectura, nisi me memoria fallit, aliis in mentem venit; sed credo me eam pluribus et diversis argumentis exemplisque munivisse. Sed utut de hoc statuas, graviorem corruptelam passa est hæc vox in Electr. 22. *Δείσας δὲ, μή τῳ παῖδ' ἀριστέων τέκοι, Ἀγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις.* Corrupta vox *Ἀργείων* sensui repugnat, et cum *παῖδας* prioris versus metro necessarium fecisset, anapæstum in quartam sequentis sedem invexit, *ποινάτορας*. POR.

δέρος] Codices plerique cum Ald. *δέρας*. "Ex MS. E. Lib. P. et diserto Eustathii testimonio p. 600, 11. edidi *δέρος*. Vide Phœniss. 1136. In Sophoclei Ajacis Locri fragmento *δέρος* constanter servant Pollux 7, 70. scholiastes Aristophanis ad Av. 934. Suidas v. *σπολάς*. Præterea *δέρος* vel ex conjectura reponendum erat, ne duo versus in eundem sonum exirent." POR.

11. *μὲν*] Huic particulæ respondet *δὲ* v. 16.

12. *ἁνδάνουσα μὲν φυγῇ πολιτῶν ὧν ἀφίκετο χθόνα*] Horum verborum constructio etsi expediri sic potest ut intelligatur *ἁνδάνουσα χθονὶ πολιτῶν, ὧν ἀφίκετο χθόνα*, fatendum tamen

est inepte locutum esse Euripidem si ἀνδάνουσα cum secundario nomine χθόνα quam cum primario πολιτῶν construere maluit. Hanc perversitatem bene sensit Brunckius, qui recte correxit πολίτας: de qua structura verbi ἀνδάνειν conf. ad Orest. 1607. Accusativus autem dativo πολίταις, quem posuit Barnesius, præferendus videtur propter alterum qui præcedit dativum φυγῇ.

13. αὐτή τε] αὐτὴ δὲ Stobæus 74, 30.

συμφέρουσ'] ξυμφέρουσ' A. Significat ὁμοφρονοῦσα, ni fallor. Sophocles El. 1464. τῷ γὰρ χρόνῳ | νοῦν ἔσχον, ὥστε συμφέρειν τοῖς κρείσσοσιν. Ibid. 946. Ὁρῶ. ξυνοίσω πᾶν ὅσονπερ ἂν σθένω. Idem ξυνοίσομαι Œd. C. 641. nisi legendum ξυνοίσομεν. In hoc versu et sequentibus respexit Euripides ad Homerum Od. Z. 182. οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσον καὶ ἄρειον, | ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον | ἀνὴρ ἠδὲ γυνή. ELM.

19. ὃς αἰσυμνᾷ χθονός] Hesychius, Αἰσυμνᾷ. βασιλεύει, ἄρχει. Εὐριπίδης Μηδείᾳ. Præter Euripidem neminem novi qui verbum αἰσυμνᾶν usurparit. Schol. αἰσυμνᾶν ἐστι τὸ ἡγεῖσθαι καὶ ἄρχειν. ἰδίως δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης ὑπὸ Κυμαίων αἰσυμνήτην τὸν ἄρχοντα λέγεσθαι. Cumæorum igitur Αἰσυμνάτας Atheniensium Ἄρχοντι respondebat. Argumentum Sophoclis Œdipi Tyranni: ὁ δ' Ἀριστοτέλης ἐν Κυμαίων Πολιτείᾳ τοὺς τυράννους φησὶ τοπρότερον Αἰσυμνήτας προσαγορεύεσθαι. εὐφημότερόν γ' ἐκεῖνο τοὔνομα. Plura dabunt interpretes Hesychii v. Αἰσυμνῆται. ELM.

21. δεξιᾶς A.B. aliique cum Chr. Pat. 50. δεξιὰς Ald. "Ceterum manuum conjunctio πίστις eximie dicebatur, jam inde ab Homerico, δεξιαί, ᾗς ἐπέπιθμεν. Quem locum citat scholiastes ad Aristoph. Acharn. 307. Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει. Ubi βωμὸς est jusjurandum per victimas, ὅρκος per verba, πίστις per dextras." POR.

24. ἀλγηδόσι] ἀλγηδόνι Lasc. cum aliquot codd. et schol. v. 96.

26. ἐπεὶ πρὸς ἀνδρὸς ᾔσθετ' ἠδικημένη.] Ἐπεὶ, *ex quo*, monente Porsono ad v. 136. ἐπεί μοι φιλία κέκρανται. Noster Or. 77. καίτοι στένω γε τὸν Κλυταιμνήστρας μόρον, | ἐμῆς ἀδελφῆς, ἣν, ἐπεὶ πρὸς Ἴλιον | ἔπλευσ', ὅπως ἔπλευσα, θεομανεῖ πότμῳ, | οὐκ εἶδον. ELM.

30. μή ποτε aliquot codd. Plerique μήποτε cum Ald.

31. ἀποιμώζῃ Elmsleius. ἀποιμώζει A. Legebatur ἀποιμώξῃ.

35. μὴ 'πολείπεσθαι] μὴ ἀπολείπεσθαι A. aliique. Scribendum cum crasi μἀπολείπεσθαι.

ἀπολείπεσθαι] *Privari*. Orest. 216. ἀμνημονῶ γὰρ τῶν πρὶν ἀπολειφθεὶς φρενῶν. Sophocles El. 1167. καὶ γὰρ ἡνίκ' ἦσθ' ἄνω, | ξὺν σοὶ μετέσχον τῶν ἴσων· καὶ νῦν ποθῶ | τοῦ σοῦ θανοῦσα μὴ ἀπολείπεσθαι τάφου. ELM.

37. νέον] κακόν A. aliique nonnulli. Sed γρ. νέον adscriptum in A.

39. τε codd. plerique. δέ Ald.

Post v. 40. sequitur versus e loco inferiore (380.) inepte illatus σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος. Delevit Musgravius. Absurda hic est accurata illa descriptio loci quo in gladium incubitura sit Medea: quod ubi factura esset sciri nunc nec poterat nec quicquam intererat. L. DINDORF.

41. τύραννον] τυράννων Ald. et Rom. C: unde τυράννω (patrem et filium) Scaliger. Rom. A. (qui ante corr. τόνδε γήμαντα habet) B. D. E. Lasc. Mag. τύραννον, quod exhibent omnes edd. recentiores et nonnullæ veteres. Schol. Τυράννοις. τὸν Κρέοντα φησί. τὸ δὲ ἑξῆς, ἢ καὶ τύραννον τόν τε γήμαντα κτάνῃ. δεινὴ γάρ. Repone, τύραννον δὲ τὸν Κρέοντα φησί. Verba sunt a superioribus male divulsa, quod sæpissime huic grammatico accidit. Creontem hic intelligi putant interpretes recentiores ad unum omnes. Quorum sententia si vera est, nulla omnino Creontis filiæ mentio est, quam Medeæ multo majori odio quam patrem fuisse res ipsa satis declarat. Fieri non potest quin filiæ potius quam patri necem a Medea parari suspicata sit anus quæ hic loquitur. Eam suspicionem Creonti in mentem venisse ostendunt ejus verba v. 277. Δέδοικά σ' (οὐδὲν δεῖ παραμπίσχειν λόγους) | μή μοι τι δράσῃς παῖδ' ἀνήκεστον κακόν. Quapropter auctor sum ut vocabulum τύραννον posthac Anglice reddatur *the princess*. Eandem interpretationem præbent codd. Romani. In A. legitur gl. θηλυκῶς τὴν γλαύκην a prima manu, τὴν a diversa. In B. τὴν et ἤτοι τὴν γλαύκην. Ambiguitatem quodammodo tollunt verba τόν τε γήμαντα, quorum sensus est, *et qui eam in matrimonium duxit*. Verba γήμας τύραννον leguntur infra v. 847 [877.] Si Creontem significaret τύραννον, τόν τε νεωστὶ γήμαντα vel tale quid dixisset poeta. ELM.

42. κἄπειτα μείζω συμφορὰν λάβῃ τινά] Schol. συμφορὰν δὲ λάβῃ, οἱονεὶ, μείζονι κακῷ περιπέσῃ, πρὸς τῷ ἤδη μεμισῆσθαι ὑπὸ Ἰάσονος. Medea infra v. 375. εἰ ληφθήσομαι | δόμους ὑπερ-

βαίνουσα καὶ τεχνωμένη | θανοῦσα θήσω τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς γέλων. ELM.

45. ᾄσεται Muretus V.L. 3, 11. Subauditur ᾠδήν. Noster Herc. 180. τὸν καλλίνικον μετὰ θεῶν ἐκώμασε. Ibid. 680. ἔτι τὰν Ἡρακλέους | καλλίνικον ἀείδω. El. 864. ἀλλ' ἐπάειδε | καλλίνικον ᾠδὰν ἐμῷ χορῷ. Hæc attulit Muretus. Addo Phœn. 1719. Οδ' εἰμὶ, μοῦσαν ὃς ἐπὶ καλ- | λίνικον οὐράνιον ἔβαν, | παρθένου κόρας | αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών. ELM.

45, 6. ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι | στείχουσι] Ammonius: Τροχοὶ ὀξυτόνως καὶ Τρόχοι βαρυτόνως διαφέρουσι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, φησὶ Τρύφων ἐν δευτέρᾳ περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας. τοὺς μὲν γὰρ περιφερεῖς τροχοὺς ὁμοίως ἡμῖν προφέρονται ὀξυτονοῦντες· τρόχους δὲ βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους. ἀναγινώσκομεν γὰρ, ὥς φησιν, ἐν μὲν (vulgo μὲν ἐν) Ἀλόπῃ Εὐριπίδου (Fr. 4.)· Ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον | στείχοντα θεωρὸν (vox corrupta) ἐκ τρόχων πεπαυμένον· ἐν δὲ Μηδείᾳ· Ἀλλὰ οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι. Postrema verba in edd. propter ὁμοιοτέλευτον omissa, e scripto cod. Musei Britannici addidit Porsonus. Suspicor autem Tryphonem nostro loco non τρόχων sed τροχῶν legisse, ejusque sententiam fuisse, alios esse virorum τρόχους in Alopa, alios puerorum τροχοὺς in Medea. Hinc esse puto, quod priori exemplo particulam μὲν, alteri δὲ præposuit. Rectius, ut mihi videtur, de nostro loco judicavit Schol. Ἐκ τρόχων. βαρυτόνως, ὡς νόμων. Ἀριστοφάνης· Ἐβάδιζέ (vulgo βαδίζει) μοι τὸ μειράκιον ἐξ ἀποτρόχων, ὡς ἀπὸ γυμνασίας οὖν ἐλθόντας τοὺς παῖδας. Huc respicit Hesychius: Τρόχων. δρόμων, [ὡς νόμων] καὶ τὰ ὅμοια. Item Photius: Τροχὸν, δρόμον. Εὐριπίδης Μηδείᾳ, ἄλλοι δὲ παῖδες ἐκ τροχῶν πεπαυμένοι. ELM.

48. Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς] Alexis apud Athenæum p. 483 E. εἶτα τετρακότυλον ἐπεσόβει κώθωνά μοι, | παλαιὸν οἴκων κτῆμα. Ita Porsonus pro πλέον οἶκον κτῆμα. Nonius Marcellus c. 4. p. 650. Eliminare *est* exire. *Ennius Medea Exsule:* Antiqua herilis fida custos corporis, | quid sic extra ædeis exanimata eliminas? Idem c. 1. p. 504. eadem verba affert, etiam ex Medea Exsule. ELM.

49, 50. τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν | ἕστηκας] Scaliger τί πρὸς πύλαισι ταῖσδ'. Præstat τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν, id est, οὕτως ἄγουσα ἐρημίαν. Ita v. 875. ὄψιν τέρειναν τήνδ' ἔπλησα δακρύων. ELM.

52. σοῦ A. σου Ald.

54. πίτνοντα Rom. D. πιτνόντα Rom. A.B.C. πιτνοῦντα Ald. πιτνῶντα Rom. E. et Ælian. N.A. 7, 28. πίπτοντα Stobæus 62, 37. πίτνονται Eumathius 8. p. 314. Unice verum est πίτνοντα, de qua forma dixi ad Heracl. 77. ELM.

56, 7. ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ | λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας] Philemon apud Athenæum p. 288 D. a Musgravio allegatus: ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ | λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα. Theognetus apud eundem p. 104 C. πεφιλοσόφηκας, γῇ τε κουρανῷ λαλῶν, | οἷς οὐθέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων. Cicero Tuscul. 3. 26. *Sunt autem alii, quos in luctu cum ipsa solitudine loqui delectat, ut illa apud Ennium nutrix:* Cupido cepit miseram nunc me proloqui | cœlo atque terræ Medeai miserias. Noster Iph. T. 42. ἃ καινὰ δ' ἥκει νὺξ φέρουσα φάσματα, | λέξω πρὸς αἰθέρ', εἴ τι δὴ τόδ' ἔστ' ἄκος. ELM.

57. μολούσῃ] μολοῦσαν Par. E. et Pseudogregorius v. 57. μολοῦσαν, quod supra scriptum legitur in Rom. A. Dativum agnoscit schol. τὸ σχῆμα σολοικοφανὲς, διὰ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς πτώσεως. Addit Rom. A. μολούσῃ γὰρ ἀντὶ τοῦ μολοῦσα. Dativum μολόντι usurpat Philemon, cujus παρῳδίαν modo attuli. Alterum ejusdem constructionis exemplum præbet noster a Brunckio allegatus Iph. A. 491. ἄλλως τέ μ' ἔλεος τῆς ταλαιπώρου κόρης | εἰσῆλθε, συγγένειαν ἐννοουμένῳ. Mihi hæc duo loca mutuo se defendere videntur. Nec valde diversum est quod legitur apud Sophoclem Œd. T. 350. Ἄληθες; ἐννέπω σε τῷ κηρύγματι, | ᾧπερ προεῖπας, ἐμμένειν, κἀφ' ἡμέρας | τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἐμὲ, | ὡς ὄντι γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ μιάστορι. ELM.

58. δεσποίνης] Rom. A.B.C. [et Ald.] Μηδείας. In Rom. A. supra scriptum ab eadem manu ἢ δεσποίνης. Rom. D.E. Lasc. Cott. [Flor. 10. 15.] δεσποίνης, quod admisit Porsonus. Sic etiam schol. ad Phœn. 1. in cod. August. apud Valckenarium. Arsenius δεσπότῃ edidit, Barnesius Μηδείας, e vulgatis tragici exemplaribus reposuit. ELM.

ζηλῶ σ'] Plena oratio est ζηλῶ σε τοῦ νου vel τῶν φρενῶν. Sophocles El. 1027. ζηλῶ σε τοῦ νοῦ, τῆς δὲ δειλίας στυγῶ. Nostro loco per ironiam dicitur pro οἰκτείρω σε τῆς ἀνοίας. Eodem sensu μακαρίως ἔχεις φρενῶν dixit Dionysius tyrannus apud Stobæum 98. p. 531. ELM.

60. μεσοῖ] Pseudogregorius v. 1175. μέσον. Suidas v. Μεσῶ vulgatam diserte agnoscit. Æschylus Pers. 435. Εὖ νυν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακόν. Aristophanes Ran. 954. κᾄπειτ' ἐπειδὴ ταῦτα ληρήσειε, καὶ τὸ δρᾶμα | ἤδη μεσοίη, ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν. Falso dicitur a nonnullis, decimum quintum mensis diem πέμπτην μεσοῦντος appellatum esse. Veteres πέμπτην ἐπὶ δέκα. ELM.

61. δεσπότας codices et Lasc. δεσπόταις Ald.

63. τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιέ] Rom. C.D.E. ὦ γεραιέ. Rom. A.B. ὦ γηραιέ. Hanc formam non nisi metri caussa usurpasse videntur tragici. Librarii etiam metro repugnante. Infra v. 1181. Rom. A. χρῄζων γηραιὸν ἐξαναστῆσαι δέμας. Nec melius γηραιὰ v. 132. ELM.

μὴ φθόνει φράσαι] Æschylus Theb. 486. κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λέγων. Vide an legendum, μηδέ μοι φθόνει λέγειν. ELM.

67. οὐ δοκῶν κλύειν] Brunckius, *simulans me non audire.* Citat Valckenarium ad Hipp. 462. πόσους δοκεῖς δὴ κάρτ' ἔχοντας εὖ φρενῶν, | νοσοῦνθ' ὁρῶντας λέκτρα, μὴ δοκεῖν ὁρᾶν; Ita quoque Pherecrates apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 460. ἀτόπως καθίζων, οὐδὲ γιγνώσκειν δοκῶν. Aristophanes Ran. 572. Καὶ τὸ ξίφος γ' ἐσπᾶτο, μαίνεσθαι δοκῶν. Nostri, *pretending to be mad.* ELM.

68. πεσσοὺς] Locum ubi calculis ludebatur.

παλαίτατοι] παλαίτεροι Chr. Pat. 1178.

71. μέλλοι A. et Flor. duo. Legebatur μέλλει.

73. τόδε] Scribendum τάδε, quod pro var. lect. habet A, ex Chr. Pat. 1183.

78. προσοίσομεν] Notandum προσοίσομεν rariori sensu. Hesychius: Προσοίσησθε. προσδέξησθε. Fortasse legendum: Προσοίσετε. προσδέξεσθε. ELM.

79. πρὶν τόδ' ἐξηντληκέναι] Schol. τὸ δὲ ἐξηντληκέναι ἀντὶ τοῦ πεπαῦσθαι. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πλοίοις ἀντλούντων. Similem sententiam habet noster Ion. 927. κακῶν γὰρ ἄρτι κῦμ' ὑπεξαντλῶν φρενὶ, | πρύμνηθεν αἱρεῖ μ' ἄλλο σῶν λόγων ὕπο. Plura de hac re vide ad Heracl. 169. Athenæus p. 156 E. καὶ τῆς τραπέζης παρατεθείσης ἐδειπνοῦμεν, καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ' ἐπεισρέει. ELM.

Notandum πρὶν ἐξηντληκέναι. Noster πρὶν κατεξάνθαι dixit Phœn. 1152. πρὶν κεκυρῶσθαι El. 1069. Aristophanes πρὶν

διερρυηκέναι Vesp. 1151. πρὶν καὶ τεθύσθαι Av. 1035. πρὶν ἐμπεπρῆσθαι Lys. 322. πρὶν καὶ γεγονέναι Ran. 1216. Inter πρὶν δειπνῆσαι et πρὶν δεδειπνηκέναι hoc interest, quod δεδειπνηκέναι a cœnante, δειπνῆσαι vero a cœnaturo dicitur. Ab utroque diversum est πρὶν δειπνεῖν, quod non *priusquam cœnavero* significat, sed *priusquam cœnatum eo*. Sed hæc discrimina non semper servantur. ELM.

80. τάδε] τόδε A. aliique nonnulli et Lasc.

83. ὄλοιτο μὲν μή, δεσπότης γάρ ἐστ' ἐμός] Euripides El. 1245. Φοῖβός τε, Φοῖβος—ἀλλ' ἄναξ γὰρ ἔστ' ἐμός, | σιγῶ. σοφὸς δ' ὤν, οὐκ ἔχρησέ σοι σοφά. Hec. 1236. αὐτὸν δὲ χαίρειν τοῖς κακοῖς σε φήσομεν | τοιοῦτον ὄντα. δεσπότας δ' οὐ λοιδορῶ. Similis reticentiæ specimen præbet Sophocles Trach. 383. Ὄλοιντο μήτοι πάντες οἱ κακοί, τὰ δὲ | λαθραῖ' ὃς ἀσκεῖ μὴ πρέποντ' αὐτῷ κακά. ELM.

84. κακός γ'] κακὸς A. aliique, omissa particula, quæ metro quidem necessaria est, nec sententiæ inutilis, propterea quod præcessit ἀτάρ. Vide Æschylum Prom. 1010. Euripidem Hipp. 728. 1250. 1398. Iph. T. 719. Tro. 416. Aristophanem Ach. 447. (ubi γε pro καὶ tacite reposuit Brunckius) 782. Vesp. 147. 150. 1505. Av. 144. ELM.

85. Fluctuant libri inter γινώσκεις et γινώσκει. Qui γινώσκεις habent, notam interrogationis post θνητῶν aut habent aut habere debent. Qui γινώσκει legunt, eam non agnoscunt. Schol. Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν. οὕτως ἀναγνωστέον, τίς δ' οὐχὶ θνητῶν. καὶ στικτέον. εἶτα ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς, ἄρτι γινώσκεις τόδε. διὸ καὶ μετὰ τοῦ σ γραπτέον, οἷον, τίς οὐκ ἔστι κακὸς εἰς φίλους, εἶτα τὸ ἄρτι γινώσκεις τόδε, οἷον, ἄρτι ἔγνωκας ὅτι ἑαυτοὺς μᾶλλον φιλοῦσιν ἢ τοὺς πέλας. οἱ δὲ ὑποκριταὶ τοῦτο ἀγνοήσαντες, τὸ τῆς ἀντιδιαστολῆς μετατιθέασιν εἰς τό, τίς δ' οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς. Histriones scilicet, cum in exemplaribus suis scriptum reperissent, Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν ἄρτι γινώσκει τόδε, atque hoc ἄρτι a sententia alienum esse vidissent, audacter reposuerunt, Τίς δ' οὐχὶ θνητῶν τοῦτο γινώσκει σαφῶς. ELM.

87. οἱ μὲν δικαίως, οἱ δὲ καὶ κέρδους χάριν] Apud tragicos contraria sunt δίκη et κέρδος. Noster Heracl. 2. ὁ μὲν δίκαιος τοῖς πέλας πέφυκ' ἀνήρ, | ὁ δ' ἐς τὸ κέρδος λῆμ' ἔχων ἀνειμένον. Hypsipylæ fr. 6. κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον. ELM.

88. εἰ τούσδε γ' εὐνῆς οὕνεκ' οὐ στέργει πατήρ] Ineptum addi-

tamentum grammatici, qui non videtur sensisse *νέας εὐνῆς* saltem dicendum fuisse.

89. *ἔσω* A.B. aliique nonnulli. Vulgo *εἴσω*.

94. Schol. *κατασκῆψαι δὲ ἀντὶ τοῦ βλάψαι, ἀπὸ τοῦ κεραυνοῦ τοῦ σκηπτοῦ. οἷον, κεραυνῶσαι.* Hesychius: *κατασκῆψαι. κατασπεῖραι.* Interpretatio ad *κατασκεδάσαι* pertinere videtur. Rectius Photius: *κατασκήψαντος. ἐμπεσόντος.* Noster Hipp. 1416. *Ἔασον. οὐ γὰρ οὐδὲ γῆς ὑπὸ ζόφου | θεᾶς ἄτιμοι Κύπριδος ἐκ προθυμίας | ὀργαὶ κατασκήψουσιν εἰς τὸ σὸν κάρα.* Herodotus 7. 134. *Τοῖσι δὲ ὦν Λακεδαιμονίοισι μῆνις κατεσκῆψε Ταλθυβίου τοῦ Ἀγαμέμνονος κήρυκος.* Idem 8. 65. *Δημάρητε, οὐκ ἔστι ὅκως οὐ μέγα τι σίνος ἔσται τῇ βασιλῆος στρατίῃ.——καὶ ἢν μέν γε κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελοπόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τῇ στρατίῃ τῇ ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται.* Thucydides 2. 49. *κατέσκηπτε γὰρ* (*ἡ νόσος*) *καὶ ἐς αἰδοῖα, καὶ ἐς ἄκρας χεῖρας καὶ πόδας.* Patet ex his exemplis dici *κατασκῆψαι εἴς τινα* et *κατασκῆψαί τινι*, ut *ἐμπεσεῖν εἴς τινα* et *ἐμπεσεῖν τινι.* Nostro loco scribendum suspicor *τινι.* Schol. ad v. 105. interpretatur *δίκην ἐγκατασκῆψαι τινί.* Constructio est: *οὐδὲ παύσεται χόλου, πρὶν ἂν κατασκήψῃ τινὶ ὁ χόλος.* Sic enim malo quam *πρὶν ἂν αὐτὴ κατασκήψῃ τινὶ τὸν χόλον.* Quamquam ne hoc quidem absurdum. Noster infra v. 1300. *τὸν σὸν δ' ἀλάστορ' εἰς ἔμ' ἔσκηψαν θεοί.* Æschylus Eum. 83. *ὑμεῖς δὲ τῇ γῇ τῇδε μὴ βαρὺν κότον | σκήψητε, μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν | τεύξητ'.* Si certum esset bene Græcum esse *ἐμπεσεῖν τινα*, non esset quare de *κατασκῆψαί τινα* dubitaremus. ELM.

96. *ἰὼ* om. Ald. et pars codicum. "Recte additum videtur *ἰὼ*, quod extra versum est. Æschylus Theb. 876. *Ἰὼ δυσαδελφόταται πασῶν ὁπόσαι | στρόφον ἐσθῆσιν περιβάλλονται.* Pers. 911. *Ἰὼ δύστηνος ἐγὼ, στυγερᾶς μοίρας | τῆσδε κυρήσας ἀτεκμαρτοτάτης.* Sic etiam Euripides Suppl. 1114. Iph. A. 590. El. 988." ELM.

97. *ἰώ μοι μοι, πῶς ἂν ὀλοίμαν;*] Aristophanes Pac. 1009. *κᾆτα Μελάνθιον | ἥκειν ὕστερον εἰς τὴν ἀγοράν· | τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀτοτύζειν· | εἶτα μονῳδεῖν ἐκ Μηδείας· | Ὀλόμαν, ὀλόμαν, ἀποχειρωθεὶς | τὰς ἐν τεύτλοισι λοχευομένας· | τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχαίρειν.* Schol. *Ἐκ Μηδείας. μήποτε ἐκ τῆς Εὐριπίδου Μηδείας παράγει* (vulgo *παραγράφει*) *ἐκεῖνα. ὦ δύστηνος ἐγὼ, μελέα τε πόνων, πῶς ἂν ὀλοίμαν. οἱ δὲ αὐτοῦ τοῦ Μελανθίου φασὶν εἶναι*

Μήδειαν, ἐξ ἧς ταῦτα. Ὀλόμαν, ὀλόμαν dixit Euripides Iph. T. 151. ubi Aldus ὠλόμαν, ὠλόμαν, haud secus atque apud Aristophanem. Verba quæ παρῳδεῖ comicus, Jasonis in Melanthii Medea fuisse videntur. ELM.

98. *μάτηρ*] Scribendum *μήτηρ* ex aliquot codd. Formis vulgaribus utitur Nutrix, Doricis Medea.

99. *κινεῖ δὲ χόλον*] Aristophanes Vesp. 402. Εἰπέ μοι, τί μέλλομεν κινεῖν ἐκείνην τὴν χολὴν, | ἥνπερ ἡνίκ' ἄν τις ἡμῶν ὀργίσῃ τὴν σφηκιάν; Inter *κινεῖν χόλον* et *κινεῖν χολὴν* nihil interesse videtur. ELM.

100. *σπεύσατε*] *σπεύδετε* aliquot codd.

102. *φυλάσσεσθ'*] *φυλάσσοισθ'* Ald. Correctum ex codd.

105. *νῦν*] Scribendum *νυν*.

106. *δῆλον δ' ἀρχῆς*] Genitivus ab *δῆλον* pendet. Ald. et aliquot codices *ἐξ ἀρχῆς* ex glossemate.

107. *ἀνάψει*] Subjectum est *ἡ Μήδεια*. Aliquot libri *ἀνάξει*· quam scripturam scholiasta quoque memorat, cujus hæc est annotatio, Δῆλον γάρ ἐστιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς οἰμωγῆς, ὅτι ἀνάψει. ἢ οὕτως, τοῦτο γὰρ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐξαιρόμενον νέφος τῆς οἰμωγῆς δηλονότι, σκηπτοῦ δίκην ἐγκατασκῆψαί τινι, καὶ μέγα τι κακὸν κατεργάσασθαι. ἐὰν δὲ γράφεται ἀνάξει, οἷον ἐπιπολὺ ἀνάξει τὰ τῆς ὀργῆς, οἷον ἄνω ἄξει, εἰς ὕψος ἀνατείνει, ὅ ἐστιν αὐξήσει τὸν θυμόν. ἐξ οὗ πάλιν δῆλον ὡς αὐξανομένη ἐπιπολὺ ἡ ὀργὴ πάντως δεινόν τι ἐργάσεται.

108—110. *τί—κακοῖσιν*] His verbis utitur Galenus vol. 5. p. 121. et omisso *τί ποτ' ἐργάσεται* Stobæus 20, 30.

111. *αἰαῖ αἰαῖ*] Libri plerique *αἶ αἶ*, quod est in Ald., alii *ἒ ἔ*, *αἶ αἶ*, quod habet A, *ἒ ἒ ἒ ἒ* B. Scribendum *αἰαῖ*.

τλάμων] *τλήμων* A. aliique nonnulli.

115. *τλήμων*] *τλῆμον* aliquot codd. cum Ald.

119—130. *δεινὰ τυράννων—ἀπέδωκεν*] Philosophatur nutrix more Euripideo, sed valde ἀπροσδιονύσως, ut mihi quidem videtur. Quid enim cum Medeæ conditione commune habent quæ de regum animo dicit? Homerica loca Il. A. 80. B. 196. allegat scholiastes. ELM.

120. *ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες*] *Pauca aliorum voluntate, pleraque sua agentes.* MUSG.

121. *μεταβάλλουσιν*] Id est *deponunt.*

124. *γ'* Reiskius. *τ'* libri.

126. Herodot. 3, 80. πλῆθος δὲ ἄρχον πρῶτα μὲν οὔνομα πάντων κάλλιστον ἔχει, ἰσονομίην. POR.

128. οὐδένα καιρὸν δύναται] *Nihil tempestivum afferre* potest. δύνασθαι cum accusativo construxit ut Plato Phileb. p. 23 D. μῶν οὖν σοι καὶ πέμπτου προσδεήσει διάκρισίν τινος δυναμένου; Gregorii Naz. locum attulit Stephanus in Thesauro, ἡμῖν δὲ τὴν συννέκρωσιν τοῦ Χριστοῦ δύναται.

θνατοῖς] Scribendum θνητοῖς ex B. et septem aliis codicibus et Lasc.

129. Delenda commata post ἄτας et δαίμων. Nam δαίμων utriusque verbi, ὀργισθῇ et ἀπέδωκεν, subjectum est.

131—136. ἔκλυον — | τᾶς— | οὐδέ — | λέξον — | μελάθρου — | οὐδὲ— | ἄλγεσι δώματος Ald.

134. ἀλλὰ, γεραιὰ Hermannus. Legebatur ἀλλ' ὦ γεραιά.

135. ἐπ' ἀμφιπύλου—μελάθρου] Schol. Ἀμφίπυλον. τὸ ἔχον δύο πύλας καὶ εἰσόδους, μίαν μὲν τὴν αὐθεντικὴν, ἑτέραν δὲ ἣν Ὅμηρος λέγει ὀρσοθύρην (Od. X. 126.). ἐγὼ οὖν, φησὶν, ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου οὖσα, ἤκουσα φωνῆς ἔσω τοῦ μελάθρου. Malim, ἐπὶ τοῦ ἀμφιπύλου μελάθρου οὖσα, ἤκουσα φωνῆς ἔσω. Non suam sed Medeæ domum ἀμφίπυλον μέλαθρον appellat chorus. Quam duo ostia habere fingit poeta, quo facilius clamores ejus ad vicinarum aures perveniant. Dicitur ἐπ' ἀμφιπύλου eadem constructione qua ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων apud Herodotum 5. 92, 3. Adjectivum ἀμφίπυλος non nisi ex hoc loco citant lexicographi. Sed οἶκον ἀμφίθυρον dixit Sophocles Phil. 159. ELM.

γόον Elmsleius. Legebatur βοάν.

136. συνήδομαι] Cum inimicis Medeæ. SCHÆF.

ὦ γύναι] ὦ om. Ald. et pars codicum.

138. μοι φίλον κέκρανται] Libri pauci μη et κέκραται, nonnulli etiam φίλα.

140. τὸν Musgravius. ὁ libri.

λέκτρα] δῶμα Ald. et aliquot codd.

141. τάκει βιοτὰν] Scribendum τήκει βίοτον cum Elmsleio.

143. παραθαλπομένα] Scribendum παραθαλπομένη.

144. κεφαλᾶς] κεφαλῆς aliquot codices et Hierocles in aurea carmina p. 126. a Gaisfordio indicatus.

146. Deleatur comma post καταλυσαίμαν. Nam βιοτὰν tam a καταλυσαίμαν quam a προλιποῦσα regitur, ut recte monet Elmsleius.

148. Schol. τὸ ἀΐες ὁ Δίδυμος ὡς πρὸς τὰς τοῦ χοροῦ φησὶ λέγεσθαι, ἠκούσατε, καὶ οὐ πρὸς τὸν Δία. ἐν ἤθει οὖν τὸ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς. Didymi sententia est, verba ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς esse meram exclamationem, ut ἰήϊε Δάλιε παιὰν apud Sophoclem Œd. T. 154. Huic sententiæ magnam vim addit noster Or. 1495. ἁ δ' ἐκ θαλάμων ἐγένετο | διαπρὸ δωμάτων ἄφαντος | (ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς καὶ νὺξ) | ἤτοι φαρμάκοισιν, ἢ μάγων τέ- | χναισιν, ἢ θεῶν κλοπαῖς. ELM.

149. ἀχὰν Elmsleius dubitanter. Scribebatur ἰαχάν.

150. τίς—ἀπλήστου] τί—ἀπλάστου A.B. aliique nonnulli cum Lasc.

151. ἔρως] ἔρος Ald. et codd. nonnulli. Sophocles El. 197. δόλος ἦν ὁ φράσας, ἔρος ὁ κτείνας. Accusativum ἔρον sæpius apud Euripidem exstare monet Valckenarius ad Hipp. 449. Plura dabunt viri docti ad Hesychium v. Ἔρον, Monkius ad Hipp. 337. ELM.

153. μηδὲν pro μή. Andr. 88. μηδὲν τοῦτ' ὀνειδίσῃς ἐμοί. ELM.

156. χαράσσου] Id est ὀργίζου. Hesych. Κεχαραγμένος: ὠργισμένος. Herodot. 7, 1. καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν ἐς Σάρδις ἐσβολήν. ELM.

157. τόδε] Præstat τάδε scribi cum A.B. aliisque codd. et Ald.

συνδικήσει A.B. aliique. συνδικάσει Ald. et pars codicum. "Diversa sunt συνδικάζειν et συνδικεῖν, ut συνδικαστὴς et σύνδικος. Hesychius: Σύνδικοι. οἱ ἐν ταῖς δίκαις βοηθοί. Æschylus Eum. 579. a Musgravio allegatus: Καὶ μαρτυρήσων ἦλθον (ἔστι γὰρ δόμων | ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ, καὶ δόμων ἐφέστιος | ἐμῶν· φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος) | καὶ συνδικήσων αὐτός. Æschines in Timarchum p. 263. B. ἐάν τις Ἀθηναίων, φησὶν, ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι,——μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι,——μηδὲ συνδικησάτω, φησὶ, τῷ δημοσίῳ, μηδὲ ἀρξάτω ἀρχὴν μηδεμίαν μηδέποτε. Schol. ad nostrum locum: σὺν δίκῃ δὲ, ἀντὶ τοῦ σὺν τῷ δικαίῳ ἐπεξελεύσεται. Male scriptum, neque recte explicatum. ELM.

158. δυρομένα Musgravius. ὀδυρομένα libri. "Ita se res habet. Verbum ὀδύρομαι metro vel numeris nocet apud Æschylum Prom. 271. Pers. 584. Sophoclem Œd. T. 1218. Euripidem Hec. 740. Med. 156. Andr. 397. Utraque forma æque convenit apud Æschylum Prom. 643. Theb. 662. Sophoclem

Œd. C. 1439. Ant. 693. Aj. 327. 383. Euripidem Suppl. 770. Iph. T. 482. Apud Euripidem vero Phœn. 1750. ex necessitate legitur, Ἀλλὰ γὰρ τί ταῦτα θρηνῶ καὶ μάτην ὀδύρομαι; Verbalia ὀδυρμὸς, ὄδυρμα et similia nunquam *o* amittere videntur." ELM.

εὐνῆταν pro εὐνέταν metri indicio restituit Brunckius, recte, licet nulla alibi reperta sint hujus formæ exempla.

165. πρόσθεν] Ita dicitur propter prægressum ὅρκοις ἐνδησαμένα, siquidem Græci, ubi de pacto et fœdere sermo est, illud maxime urgere solent, si quis prior fidem solverit, quo facto alter, si idem facit, jure agere videtur. Sic jam Homerus, ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν. HERMANN.

166. ἀπενάσθην | αἰσχρῶς] Hesychius: Ἀπενάσθη. ἀπῳκίσθη. Idem: Ἀπενάσσατο. ἀπῴκησεν. Scribendum ἀπῴκισεν, modo Attica glossa sit. Apud Homerum, Hesiodum ceterosque veteres, qui activam formam ἔνασσε usurpant, media ἐνάσσατο et passiva ἐνάσθη idem significant, ut χολωσάμενος et χολωθείς. Attici vero ἐνάσσατο pro ἔνασσε usurpant. Sic ἀπενάσσατο apud Euripidem Iph. T. 1259. καταναασσαμένη apud Æschylum Eum. 932. Passivum ἀπενάσθην habet noster etiam Iph. T. 175. κατενάσθην Phœn. 215. κατένασθεν Aristophanes Vesp. 660. ELM.

167. τὸν ἐμὸν κνείνασα κάσιν] Schol. Τιμαχίδας ἐπὶ τὰ πρόχειρα πᾶσιν ἐνεχθεὶς, τὸν Ἄψυρτον φησὶ λέγειν αὐτὴν, τοῦ Εὐριπίδου μήτε ἐνταῦθα μήτε ἐν τῷ Αἰγεῖ δηλώσαντος τὸν Ἄψυρτον ὀνομαστί. ὁ δὲ Φερεκύδης (p. 122.) διὰ τοῦ ξ ὀνομάζει αὐτόν. Δικαιογένης δὲ ἐν τῇ Μηδείᾳ Μεταπόντιον αὐτὸν ὀνομάζει. ἀνῃρῆσθαι δὲ αὐτὸν οἱ μὲν ὑπὸ Μηδείας, οἱ δὲ ὑπὸ Ἀργοναυτῶν. Λέων δὲ ὁ ῥήτωρ οὐ σφαγῆναι ἀλλὰ διαφθαρῆναι αὐτὸν φαρμάκοις. Ex hoc scholio discimus Medeæ personam in Euripidis Ægeo fuisse. ELM.

168. κλύεθ' οἷα λέγει] Menelai, ni fallor, in Euripidis Telepho verba fuerunt, Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει, quibus utitur Aristophanes Eq. 810. Plut. 601. Quod ait scholiastes ad Eq. 806. verba ὦ πόλις Ἄργους e Telepho sumta esse, e Medea vero κλύεθ' οἷα λέγει, minus recte dictum videtur. ELM.

169. Θέμιν εὐκταίαν,] Ruhnkenius apud Piersonum ad Mœrin p. 137. Θέμιν Ἰχναίαν. Sed πατρὸς εὐκταίαν Ἐριννὺν dixit Æschylus Theb. 729. monente Musgravio. ELM.

Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων | θνατοῖς ταμίας νενόμισται] Schol. τῶν διαβεβοημένων ἐστὶ ζητημάτων καὶ τοῦτο, πῶς ἡ μὲν Μήδεια τὴν Θέμιν καὶ τὴν Ἄρτεμιν βοᾶται (v. 160.), ἡ δὲ πρεσβῦτις ἀντὶ τῆς Ἀρτέ-

μιδος τὸν Δία φησὶν αὐτὴν ἐπιμαρτύρασθαι. Hujus nodi quatuor solutiones affert grammaticus. Prima est Apollodori Tarsensis, qui Medeæ tribuendum censuit v. 146. Ἀΐες, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς, qui vulgo recte choro tribuitur. Secunda est Didymi, qui in verbis διά μου κεφαλᾶς φλὸξ οὐρανία βαίη v. 143. Jovem implicite invocari putabat. *Quis enim*, ait, *fulmen in eam immittere poterat, nisi Jupiter?* Tertia est, interrogationis signum post ἐπιβοᾶται ponendum esse, deinde subaudiendum ὄμνυμι, quasi per Themin et Jovem juret nutrix, Medeam diu iratam fore. Quartam solutionem ceteris meliorem ad verba τὰν Ζηνὸς ὁρκίαν Θέμιν v. 205. affert grammaticus, ὅτι διὰ τῆς Θέμιδος τὸν Δία ἐπεκαλεῖτο, διὰ τὸ εἶναι Διὸς τὴν Θέμιν. Nemo hodie, opinor, has turbas excitaret, neque eam Euripidi licentiam negaret, quæ oratoribus conceditur, ut censeantur dixisse quod non dixerint. ELM.

170. θνατοῖς] Scribendum θνητοῖς ex A. aliisque nonnullis et Lasc.

171. οὐκ] κοὐκ A.

μικρῷ] σμικρῷ libri multi.

178. μήτοι—ἀπέστω nutrici tribuunt libri, uno excepto B.

182. Post φίλα interpungunt libri, ut pro vocativo φίλη accepisse videantur, contra metri legem. Est neutrum pluralis, καὶ particula, quæ ante φίλα collocari debebat, metri caussa postposita. Quod exemplum accedat similibus quæ collegi ad Aristoph. Ach. 884.

σπεῦσον δέ τι πρὶν Hermannus. Legebatur σπεῦσον πρίν τι. τι πρὶν κακῶσαι metri caussa dictum pro πρίν τι κακῶσαι.

σπεῦσον] σπεῦσαι B. aliique pauci.

184. δράσω τάδ'. ἀτὰρ φόβος εἰ πείσω] Sensus est, ἀτὰρ φοβοῦμαι μὴ οὐ πείσω, *sed vereor ut persuadeam*. Sic etiam Heracl. 791. φόβος γὰρ εἴ μοι ζῶσιν, οὓς ἐγὼ θέλω. Id est, φοβοῦμαι γὰρ μὴ οὐ ζῶσιν, μὴ τεθνηκότες ὦσιν. Confer etiam nostræ fabulæ v. 901. Eandem constructionem contrario sensu usurpat noster Andr. 60. καὶ νῦν φέρουσά σοι νέους ἥκω λόγους, | φόβῳ μὲν εἴτις δεσποτῶν αἰσθήσεται, | οἴκτῳ δὲ τῷ σῷ. Id est, φοβουμένη μήτις δεσποτῶν αἴσθηται. ELM.

186. Sensus est: *tamen hanc operam in cumulum suscepti jam laboris tibi præstabo, ut tibi gratum faciam*. Minus recte cepit schol. MATTH.

187. Callim. in Cer. 51. Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον, ἠὲ κυναγὸν Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα Ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα — —. MATTH.

189. ὁρμαθῇ] Scribendum ὁρμηθῇ cum Brunckio.

190. σκαιοὺς δὲ λέγων, κοὐδέν τι σοφοὺς | τοὺς πρόσθε βροτοὺς, &c.] Plutarchus Conj. Præc. p. 143 C. ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης αἰτιᾶται τοὺς τῇ λύρᾳ χρωμένους παρ' οἶνον. ἔδει γὰρ ἐπὶ τὰς ὀργὰς καὶ τὰ πένθη μᾶλλον τὴν μουσικὴν παρακαλεῖν, ἢ προσεκλύειν τοὺς ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὄντας. Idem Sympos. 7. 7. p. 710 E. ὡς τά γε ἄλλα φίλος ὢν Εὐριπίδης ἐμὲ γοῦν οὐ πέπεικε, περὶ μουσικῆς νομοθετῶν, ὡς ἐπὶ τὰ πένθη καὶ τὰς βαρυφροσύνας μετακομιστέας οὔσης. ἐκεῖ μὲν γὰρ ὥσπερ ἰατρὸν ἐφιστάναι δεῖ νοσοῦσιν ἐσπουδακότα καὶ νήφοντα τὸν λόγον, τὰς δὲ τοιαύτας ἡδονὰς τῷ Διονύσῳ καταμίξαντας, ἐν παιδιᾶς μέρει τίθεσθαι. Hæc loca attulit Porsonus. Priorem etiam Scaliger. ELM.

194. 196. εὕροντο—εὕρετο] Scribendum ηὕροντο et ηὕρετο.

204. ἰαχὰν] Scribendum ἀχάν. Versus ex dochmio et tripodia iambica compositus.

πολύστονον] πολυστόνων Lasc. et Chr. Pat. 808.

207. Hesychius: Θεοκλυτεῖται. παρὰ θεοῦ ἀκούει. Legendum: Θεοκλυτεῖ. θεὸν ἐπικαλεῖται, παρὰ θεοῦ ἀκούει. Idem: Θεοκλυτήσαντες. θεοῦ ἀκούσαντες, θεὸν ἐπικαλεσάμενοι. Θεοκλυτοῦσαι. θεὸν ἐπικαλούμεναι. Æschylus Pers. 500. ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο. Idem Theb. 145. λιταῖσί σε θεοκλύτοις | ἀπύουσαι πελαζόμεσθα. Verbum igitur θεοκλυτῶ ab adjectivo θεόκλυτος derivatum est, quæ vox ejusdem familiæ est cujus Θεοκλύμενος, quod θέους σέβων significare videtur, interprete Euripide Hel. 9. ELM.

209. Metrum ⏑̄ ⏑́ ⏑ – ⏑̄ | ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑. In duo versus dividit Ald. quorum alter ἅ νιν ἔβασεν.

211. δι' ἅλα νύχιον] Hoc explicat tragicus Rhes. 53. ἄνδρες γὰρ ἐκ γῆς τῆσδε νυκτέρῳ πλάτῃ | λαθόντες ὄμμα τοὐμὸν, αἴρεσθαι φυγὴν μέλλουσι. ELM.

214. Sensus horum verborum satis perspicuus est, Medeam scilicet Corinthiarum rogatu foras exire, ne earum amicitiam spernere videatur. Schol. ἐξῆλθον πρὸς ὑμᾶς, ὦ γυναῖκες, ἵνα μή μοι τι μέμψησθε ὡς δι' ὑπερηφανίαν μὴ προελθούσῃ. Longe aliter tamen ab Ennio apud Cicer. Epist. 7, 6. accepta sunt, quasi ab his mulieribus petat Medea, ne sibi vitio vertant, quod

patriam reliquerit. Secundum Ennium igitur plenius post δόμων distinguendum. Errorem ejus vidit et indicavit Muretus. ELM.

215. μέμψησθ'] μέμφησθ' libri multi, inter quos B. μέμφοισθ' A.

οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν | σεμνοὺς γεγῶτας] Schol. καίτοι ἐπίσταμαι πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων σεμνοὺς γεγῶτας,—οἷον, ὑπερηφάνους νομιζομένους. Photius: Σεμνὸν, ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσιν. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ὑπερηφάνου τιθέασιν. Εὐριπίδης Μειδίᾳ· Οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν σεμνοὺς γεγῶτας. καὶ ἐν Ἱππολύτῳ (v. 93.)· Μισεῖν τὸ σεμνὸν καὶ τὸ μὴ πᾶσι φίλον. καὶ τὸ ἔνδοξον. Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ (v. 99.) Πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμονα οὐ προσεννέπεις. καὶ τὸ μέγα. Eadem fere verba habet Suidas v. Σεμνόν. Eo sensu quem nostro loco convenire putant grammatici, σεμνὸς contrarium habet εὐπροσήγορος apud Euripidem Hipp. 95. Dicit igitur Medea, nosse se multos esse σεμνοὺς, quorum scilicet vereatur ne in numero habeatur, nisi amicis se ostendat. Non opus ut cum scholiasta γεγῶτας explicemus νομιζομένους. Sensus est ὄντας. Sic αὐθάδης γεγὼς mox v. 223. ELM. Sensus est, *novi multos homines austeros, alios quos ipse oculis meis vidi, alios de quibus audivi.* Æschyl. Agam. 997. πεύθομαι δ' ἀπ' ὀμμάτων νόστον, αὐτόμαρτυς ὤν. Soph. Œd. C. 14. πύργοι μὲν οἳ πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω. SEIDL.

217. Ennius, ut superiora, ita hæc quoque verba male vertit: *Multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.* Noster Or. 136. ὦ φίλταται γυναῖκες, ἡσύχῳ ποδὶ | χωρεῖτε. μὴ ψοφεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος. Bacch. 646. Στῆσον πόδ', ὀργῇ δ' ὑπόθες ἥσυχον πόδα. Ubi ἥσυχον τρόπον legendum censet Musgravius. Nostro loco τοῖς σεμνοῖς opponuntur qui ἥσυχον πόδα sive φιλάνθρωπον τρόπον habent. Ne hos quidem sine reprehensione vivere ait Medea, quippe qui a placido mitique ingenio ignaviæ opinionem consequantur. Nihil hac verbi κτᾶσθαι significatione usitatius. Noster Hel. 1103. a Musgravio allegatus: σύ θ' ἡ 'πὶ τῶμῷ κάλλος ἐκτήσω γάμῳ, | κόρη Διώνης Κύπρι, μή μ' ἐξεργάσῃ. Ibid. 1522. δύσκλειαν δ' ἀπὸ συγγόνου | βάλλετε βαρβάρων λέχεων, | ἂν Ἰδαίων ἐρίδων | πονηθεῖσ' ἐκτήσατο, τὰν | οὐκ ἐλθοῦσαν Ἰλίου | Φοιβείους ἐπὶ πύργους. Sophocles Ant. 924. τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην. ELM.

219. ἔνεστ' ἐν] ἔνεστιν scholiasta.

220. ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, | στυγεῖ δεδορκὼς, οὐδὲν ἠδικημένος] Singulare ὅστις ad plurale βροτῶν refertur. Homerus Il. Γ. 279. ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Eustathius ad hæc verba præter alia nostrum locum allegat. Verba ejus vide apud Brunckium ad Sophoclis Aj. 760. qui plura dedit ejusdem constructionis exempla. Nonnulla addidi ad Œd. T. 713. ὡς αὐτὸν ἥξει μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν, | ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα. Ubi scripturam valde speciosam παίδων exhibet cod. Aug. B. ELM.

ἐκμαθεῖν] ἐκμάθῃ Eustathius p. 415, 12. Sed subjunctivus post πρὶν non usurpatur, nisi in priore membro, quod hic est ὅστις στυγεῖ δεδορκὼς, adsit negandi aut prohibendi significatio. Monuit Elmsleius.

222. χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρτα προσχωρεῖν πόλει] Schol. σὲ pro δέ. Hunc versum citat schol. ad Sophoclis Œd. C. 171. Ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν, | εἴκοντας ἃ δεῖ κἀκούοντας. Euripides Suppl. 892. πρῶτον μὲν (ὡς χρὴ τοὺς μετοικοῦντας ξένους) | λυπηρὸς οὐκ ἦν οὐδ' ἐπίφθονος πόλει, | οὐδ' ἐξεριστὴς τῶν λόγων, ὅθεν βαρὺς | μάλιστ' ἂν εἴη δημότης τε καὶ ξένος. Cicero de Officiis I. 34. *Peregrini autem et incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere, minimeque in aliena esse republica curiosum.* Pro προσχωρεῖν usitatius esset συγχωρεῖν. Euripides El. 1052. γυναῖκα γὰρ χρῆν πάντα συγχωρεῖν πόσει, | ἥτις φρενήρης. ELM.

224. πολίταις] Aliquot libri πολίτης.

228. ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα γιγνώσκειν καλῶς] Sophocl. Œd. T. 314. ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν. Id est, auctore Brunckio, *in te omnis posita est spes nostra.* Idem Œd. C. 247. ἐν ὑμῖν γὰρ, ὡς θεῷ, | κείμεθα τλάμονες. Ibid. 392. Ἐν σοὶ τὰ κείνων φασὶ γίγνεσθαι κράτη. Aj. 519. ἐν σοὶ πᾶσ' ἔγωγε σώζομαι. Euripides Alc. 279. ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν καὶ μή. Aristophanes Ach. 472. ἐπελαθόμην | ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα. Plura Valckenarius ad Phœn. 1256. qui cum nostro loco comparat Terentianum, *in quo nostræ spes opesque omnes sitæ,* Adelph. 3. 2. v. 32. ELM.

γιγνώσκειν καλῶς] Scholiasta, κατθανεῖν χρῄζω: τοῦτο ἐν ἤθει ἀναπεφώνηται. κάκιστος ἀνδρῶν: ἐν ᾧ ἦν μοι πάντα, κάκιστος ἀνδρῶν ἐκβέβηκεν. οἱ δ' ὑποκριταὶ οὐ συμπεριφερόμενοι τῷ τρόπῳ, λέγουσι γινώσκειν καλῶς. Similis de histrionibus annotatio est ad v. 85. Nostro autem loco si γινώσκειν καλῶς ab histrionibus

positum est, aliam olim scripturam exstitisse sequitur, fortasse ἐν ᾧ γὰρ ἦν μοι πάντα, γιγνώσκεις καλῶς· quod conjecit Musgravius. Sed valde alienum ab hoc loco videtur illud γιγνώσκεις καλῶς. Quamobrem vera habenda est altera scriptura πάντα γιγνώσκειν καλῶς, quæ Brunckio in γιγνώσκειν καλὰ mutanda videbatur.

232. ἃς πρῶτα μὲν δεῖ χρημάτων ὑπερβολῇ | πόσιν πρίασθαι] Schol. Χρημάτων ὑπερβόλων: χρημάτων λέγει τῶν εἰς τὴν φωνὴν (Barnesius recte φερνήν). τοῦτο δὲ ὁ Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν συνηθείας λέγει. οἱ δὲ ἥρωες οὐχ οὕτως ἐποίουν τοὺς γάμους, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων αὐτοὶ ἐδίδοσαν. καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις παρίστησι. καὶ Ὅμηρος (Il. Λ. 244.)· πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλια. ἔστι δὲ ἀναχρονισμός. οἱ γὰρ ἥρωες τὸ ἐναντίον παρεῖχον. Ab eodem errore argumentum ducit noster Hipp. 627. τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ κακὸν μέγα. | προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ | φερνὰς, ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ κακοῦ. ELM.

234. τοῦτ' A.B. Alii τοῦδ'.

ἔτ' om. A.B. τοῦτό γ' ἄλγιον Stobæus 73, 27.

245. καρδίαν ἄσης] καρδίας χόλον Ald. Hæc scriptura, quæ in nullo scripto codice adhuc reperta est, orta videtur e v. 576. [590] ἥτις οὐδὲ νῦν | τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον. Rom. A. B. Par. E. καρδίαν ἄτης. Rom. C. καρδίαν ἄσσης, cum gl. λύπης, βλάβης. Lasc. Par. omnes præter E. Cott. Eustathius p. 635, 14. καρδίαν ἄσης. Sed Rom. D. καρδίας ἄσην, consentiente Olympiodoro apud Ruhnkenium ad Timæum p. 247. Cujus verba sunt: Τοιαῦτα δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ὑπομενητικαί, οὐ γὰρ ἄνδρες. διὸ καὶ εἴρηται περὶ αὐτῶν· Ἔξω μολὼν ἔπαυσε καρδίας ἄσην. Hanc lectionem, cui propior est Aldina καρδίας χόλον, prætulit Porsonus. Difficile est eligere. Cum Porsoni scriptura comparari potest quod legitur supra v. 192. στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας | εὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις | ᾠδαῖς παύειν. Pro altera lectione facere videntur poetæ verba Bacch. 279. βότρυος ὑγρὸν πῶμ' εὗρε, κεἰσηνέγκατο | θνητοῖς, ὃ παύει τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς | λύπης, ὅτ' ἂν πλησθῶσιν ἀμπέλου ῥοῆς. Hesychius etiam ad hanc scripturam respicere videtur. Verba ejus sunt: Ἄσης. λύπης. Codices quoque fere omnes καρδίαν ἄσης agnoscunt. Nam ἄτης et ἄσσης solennia sunt menda pro ἄσης. Hoc igitur meo judicio recte revocavit Matthiæ. De voce ἄση copiose dixit Piersonus ad Mœridis verba p. 59. Ἄση,

'Αττικῶς. ἀηδία, 'Ελληνικῶς. Apud Atticos poetas rarius legitur. Æschylus Ag. 134. οἷον μήτις ἄσα θεόθεν κνεφά- | ση προτυπὲν στόμιον μέγα Τροίας. Ibid. 739. μηλοφόνοισιν ἄσαισιν | δαῖτ' ἀκέλευστος ἔτευξεν. Ita metri caussa pro ἄτα et ἄταισιν legendum viderunt viri docti. Simile vitium a Bentleio correctum vide apud Archilochum Fr. 30. Gaisford. In his eo facilior fuit error, quod ἄση pro βλάβη dicitur. Nostro loco potius λύπη significat. Uterque sensus convenit Sapphus verbis, μή μ' ἄσαισι μηδ' ἀνίαισι δάμνα, | πότνια, θυμόν. ELM.

246. φίλον] φίλων pars codicum.

ἥλικας Porsonus. Legebatur ἥλικα.

250. Ennius apud Varronem de L. L. lib. 5. p. 60. ed. Scaliger. 1581. Nonium v. *Cernere: Nam ter sub armis malim vitam cernere, Semel quam modo parire.* POR.

254. κοινωνία B. pro varia lectione et Rom. D. Legebatur συνουσία.

258. Schol. Μεθορμίσασθαι: λείπει τὸ ὡς. ὥστε μεθορμίσασθαι. τὸ δὲ ἑξῆς, οὐ μητέρα, οὐκ ἀδελφὸν, οὐχὶ συγγενῆ ἔχουσα, πρὸς τὸ καταφυγοῦσαν πρός τινα τούτων μεταβληθῆναι τῆς συμφορᾶς. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν μεθορμιζόντων εἰς τοὺς εὐδιεινοτέρους τόπους. Ita fere v. 429. σοὶ δ' οὔτε πατρὸς δόμοι, | δύστανε, μεθορμίσασθαι | μόχθων πάρα. Id est, σοὶ οὔτε πατρὸς δόμοι πάρεισιν, ὥστε μεθορμίσασθαι ἐκ τῶν μόχθων. Huc respicere videtur Hesychius: Μεθορμίσασθαι. μεταγαγέσθαι. Idem: Μεθορμίζεται. μετάγεται ἀπὸ ὅρμου εἰς ὅρμον. ELM.

261. δίκην Rom. D. et Flor. 15. Legebatur δίκη.

δίκην] Ita noster infra v. 1283. τὴν δὲ τίσωμαι δίκην. Heracl. 851. ἠράσαθ' Ἥβῃ Ζηνί θ' ἡμέραν μίαν | νέος γενέσθαι, κἀποτίσασθαι δίκην | ἐχθρούς. Ibid. 881. παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ οὐ σοφὸν τόδε, | ἐχθροὺς λαβόντα μὴ ἀποτίσασθαι δίκην. Plura exempla dedi ad Heracl. 852. ELM.

262. ἥν τ' ἐγήματο] Sic libri et Eustath. p. 694, 24. Vertunt, *et eam quam duxit.* Quo sensu ἥν τ' ἔγημεν dicturum fuisse poetam nemo nescit. Dixit quidem grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 86. Γαμῶ ἡ γυνὴ λέγει, οὐ γαμοῦμαι. 'Αντιφάνης 'Ασώτοις. ἐγημάμην ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα. Sed eodem jure afferri possent Martialis verba, *uxori nubere nolo meæ,* contra eos qui *nubere* de viro non usurpari docent. Quo sensu γαμεῖσθαι de viro dicatur, intelligi potest ex Anacreontis verbis apud Ammonium v. Γῆμαι: καὶ θαλάμοις, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ

ἔγημεν ἀλλ' ἐγήματο. Deinde, ut recte monet Porsonus, Græce non dicitur γαμεῖσθαί τινα, sed γαμεῖσθαί τινι. Vulgata igitur duplici vitio laborat. Reposui ἥ τ' ἐγήματο, eo, opinor, non invito, licet vulgatam in textu retinuerit. Constructio ut v. 502. πτωχοὺς ἀλᾶσθαι παῖδας, ἥ τ' ἔσωσά σε, ubi ἥ τε significat ἐκείνην τε ἥ. ELM. Scribendum ἥ τ' ἐγήματο cum Porsono.

268. θαυμάζω] Aliquot codd. θαυμάσω. Sed futurum est θαυμάσομαι.

278. Scholiastæ verba sunt: Ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι: οἱ ἐχθροὶ οὐριοδρομοῦσι καθ' ἡμῶν, καὶ ὥρμηνται πάντα τρόπον πρὸς ἡμᾶς. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν οὐριοδρομούντων καὶ χαλώντων πρὸς τὸ πνεῦμα τοῦ ἀρτεμῶνος (Barnesius τοὺς ἀρτεμόνας). Aristophanes Eq. 753. Νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ. *Fiebat hoc vento duntaxat secundo*, ait Musgravius. Contrarium est apud Sophoclem El. 335. νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένῃ δοκεῖ. Dixit etiam noster Herc. 837. ἔλαυνε, κίνει, φόνιον ἐξίει κάλων. Tro. 94. ὅτ' ἂν στράτευμ' Ἀργεῖον ἐξίῃ κάλως. ELM.

280. πάσχουσ'] λέγουσ' B. solus.

281. ἀποστέλλεις] Hesych. s. h. v.

282. παραμπίσχειν tres codd. Parisini et Cotton. παραμπέχει A.B. aliique. παραμπέσχειν Lasc. περιαμπίσχειν Ald. "Utramque formam ἀμπέχειν et ἀμπίσχειν, usurpant tragici. Æschylus Pers. 849. ἀτιμίαν γε παιδὸς ἀμφὶ σώματι | ἐσθημάτων κλύουσαν, ἥ νιν ἀμπέχει. Prom. 520. Ἦπού τι σεμνόν ἐστιν ὃ ξυναμπέχεις. Apud Euripidem vero, ni fallor, hæc forma non exstat. Alteram sæpius usurpavit. Ita Hipp. 191. ἀλλ' ὅτι τοῦ ζῆν φίλτερον ἄλλο | σκότος ἀμπίσχον κρύπτει νεφέλαις. Suppl. 165. πίτνων πρὸς οὖδας, γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί. Tro. 14. δούρειος ἵππος, κρυπτὸν ἀμπίσχων δόρυ. Ibid. 1147. ἡμεῖς μὲν οὖν, ὅτ' ἂν σὺ κοσμήσῃς τάφον, | γῆν τῷδ' ἐπαμπίσχοντες, ἀροῦμεν δόρυ. (Hic tamen præstare videtur ἐπαμπισχόντες, de qua scriptura vide ad v. 1128.). Hel. 429. παρέστι. ναὸς ἐκβόλοις ἀμπίσχομαι. Ibid. 859. κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί. Herc. 1111. Πάτερ, τί κλάεις, καὶ ξυναμπίσχει κόρας; His exemplis adductus, παραμπίσχειν nostro loco scripsi." ELM.

284. ξυμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος] Omnes Rom. Lasc. συμβάλλεται. Hesychius: Συμβάλλεται. λέγεται. Scribendum videtur: Συμβάλλεται. συλλέγεται. Sensus verborum ξυμβάλλεται πολλὰ τοῦδε δείματος magis perspicuus est quam constructio. Musgravius τοῦδε δείματος pro εἰς τόδε δεῖμα dic-

tum monet. Fortasse explicandum, πολλὰ σύμβολα (id est, τεκμήρια, σημεῖα) ἔχεις τοῦ δεινὴ εἶναι. Sophocles Phil. 404. Ἔχοντες, ὡς ἔοικε, σύμβολον σαφὲς | λύπης πρὸς ἡμᾶς, ὦ ξένοι, πεπλεύκατε. ELM.

287. ἀπειλεῖν] ἀπειλεῖς Lasc. et pars codicum.

σ' additum ex Flor. 2. Tautologiæ, quæ est in verbis κλύω—ὡς ἀπαγγέλλουσί μοι, exemplum attulit Elmsleius ex Phœn. 744. ἕπτ' ἄνδρας αὐτοῖς φασιν, ὡς ἤκουσ' ἐγὼ,—ἑπτὰ προσκεῖσθαι πύλαις.

290. ἀπεχθέσθαι Elmsleius. Scribebatur ἀπέχθεσθαι. Præsens est ἀπεχθάνομαι, aoristus ἀπηχθόμην, ut αἰσθάνομαι et ᾐσθόμην.

293. Κρέον] Κρέων Lasc. et Stobæus 26, 3.

294. δόξα] γλῶσσα Stobæus.

295—298. His versibus utitur Aristot. Rhet. 2, 21.

295. χρὴ δ' οὔποθ', ὅστις ἀρτίφρων πέφυκ' ἀνὴρ] Hesychius: Ἀρτίφρων. ὑγιὴς τὴν φρένα, σώφρων, συνετός. Idem: Ἀρτίφροσιν. ὑγιεῖς ἔχουσι τὰς φρένας. ἄρτιον γὰρ τὸ ἀνελλιπὲς, διὸ καὶ ὑγιές. Haud aliter vocem explicat noster Tro. 417. οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας. Exstat apud Homerum Od. Ω. 260. Æschylum Theb. 784. Euripidem Iph. A. 876. Vide ad ἀρτίδακρυς v. 873. ELM.

297. χωρὶς γὰρ ἄλλης (ἀλκῆς B.) ἧς ἔχουσιν ἀργίας] *Præterquam enim quod inertiæ insimulantur, quia in otio ætatem degunt, in invidiam etiam civium incidunt.* MATTH. De voc. ἀργία vid. Wyttenb. ad Plut. Mor. vol. 6. p. 857.

298. ἀστῶν] ἀνδρῶν Aristoteles.

Schol. Ἀλφάνουσιν.) εὑρίσκουσιν. ἀπὸ τοῦ ἄλφα στοιχείου. Sæpius non legitur apud tragicos. Comicorum testimonia præbet Suidas v. Ἀλφάνει, necnon grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 382. ELM.

299. σοφὰ] ἔπη duo codd. et Lasc. ex glossemate. σοφὰ defenditur loco Aristoph. Thesm. 1141. διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.

300. δόξεις ἀχρεῖος κοὐ σοφὸς πεφυκέναι] Ἀχρεῖος *inutilis* proprie significat, φαῦλος *debilis*. Utrumque τῷ σοφὸς opponitur. De φαῦλος vide Phœn. 499. Hipp. 989. ELM.

302. λυπρὸς ἐν πόλει A.B. aliique cum Lasc. Alii ἐν πόλει λυπρὸς cum Ald.

304. ἐπίφθονος] Sequebatur τοῖς δ' ἡσυχαία, τοῖς δὲ θατέρου

τρόπον. quem versum, lectum ab scholiasta, B. in margine habet. Confictus est ex v. 808. μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου, quod animadvertit Piersonus Verisim. p. 58.

305. αὖ] οὖν Ald. et Rom. C.

306. οὖν] αὖ A. aliique nonnulli cum Ald.

309. ἠδίκηκας] ἠδίκησας duo codd.

ἐξέδου κόρην | ὅτῳ σε θυμὸς ἦγεν] Usitatior hac significatione est activa forma ἐκδιδόναι, quam usurpat noster Suppl. 133. Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν. Adde ἐκδώσειν Iph. A. 132. 687. El. 249. ἐκδώσομεν Iph. A. 729. ἐκδοῦναι ibid. 736. 964. Mediam formam usurpat Herodotus 2. 47. οὐδέ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἐθέλει, οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτέων· ἀλλ' ἐκδίδονταί τε οἱ συβῶται καὶ ἄγονται ἐξ ἀλλήλων. Plato Legg. 5. p. 740 C. τοὺς δὲ ἄλλους παῖδας, οἷς ἂν πλείους ἑνὸς γίγνωνται, θηλείας τε ἐκδόσθαι κατὰ νόμον τὸν ἐπιταχθησόμενον· ἄρρενάς τε, οἷς ἂν τῆς γενέσεως ἐλλείπῃ τῶν πολιτῶν, τούτοις υἱεῖς διανέμειν. Demosthenes adversus Spudiam p. 1021 D. πρῶτον δ' ἐφ' οἷς ἐξέδοτο [ὁ Πολύευκτος τὰς θυγατέρας], τούτων λάβε μοι τὴν μαρτυρίαν. Plutarchus Theseo p. 2 A. Πέλοψ γὰρ οὐ χρημάτων πλήθει μᾶλλον, ἢ παίδων, μέγιστον ἴσχυσε τῶν ἐν Πελοποννήσῳ βασιλέων, πολλὰς μὲν ἐκδόμενος θυγατέρας τοῖς ἀρίστοις, πολλοὺς δὲ ταῖς πολιτείαις υἱοὺς ἐγκατασπείρας ἄρχοντας. Apud Euripidem Hel. 939. legendum suspicor ἐκδώσομαι pro ἑδνάσομαι. ELM.

317. βουλεύῃς Elmsleius. Legebatur βουλεύσῃς.

βουλεύσῃς] Scripsit Euripides, ni fallor, μή τι βουλεύῃς κακόν. Non eadem est ratio hujus versus et 37. δέδοικα δ' αὐτὴν, μή τι βουλεύσῃ νέον. Ibi enim metuit nutrix ne mali aliquid aliquando faciat Medea. Hic vero suspicatur Creon eam jam malum meditari, quippe quæ aliter sentiat ac loquatur. Quo sensu non dicitur μὴ βουλεύσῃς sed μὴ βουλεύῃς. Qui δέδοικα μὴ ἀσθενήσῃ dicit, suspicatur Titium post aliquod tempus ægrotum fore: qui vero δέδοικα μὴ ἀσθενῇ, eum jam morbo laborare putat. ELM.

318. τοσῷδε δ'] τοσῷδέ γ' Ald. et aliquot codd. τοσόνδε δ' Lasc.

319. αὔτως Porsonus. Libri et grammaticus Bekkeri Anecd. p. 412, 19. αὕτως, quod revocandum.

322. ἄραρε] ἄρηρε Ald. hic et Andr. 254.

323. μενεῖς] μένῃς A.B. aliique cum Lasc.

324. σε om. Ald. et aliquot codd.

γονάτων] *γούνων* Lasc. et Cotton. Genitivus *γονάτων* sæpissime apud tragicos legitur, *γουνάτων* haud raro, *γούνων* ne semel quidem. Neque melioris notæ videtur *γοῦνα*, quod in Porsoni ed. legitur Phœn. 866. (859.)—Si *γοῦνα* et *γούνων* tragicis in usu fuissent, frequenter in eorum scriptis exstarent, quippe quæ pedem disyllabum sæpe præberent ubi *γόνατα* et *γονάτων* trisyllabum. Cujus rei minime negligentes fuerunt tragici. ELM.

325. *Λόγους ἀναλοῖς*] Sophocles Aj. 1049. *Τίνος χάριν τοσόνδ' ἀνήλωσας λόγον;* Aristophanes Lys. 468. *Ὦ πόλλ' ἀναλώσας ἔπη, πρόβουλε τῆσδε τῆς γῆς.* ELM.

329. *πόλις* B. aliique cum Lasc. *πολύ* A. et Ald.

330. *Φεῦ φεῦ, βροτοῖς ἔρωτες ὡς κακὸν μέγα*] Vide chori carmen v. 627. seqq. hoc argumento scriptum. ELM.

331. *Ὅπως ἄν, οἶμαι, καὶ παραστῶσιν τύχαι*] Hæc verba recte explicat scholiastes, quem sequuntur interpretes Latini. Buchananus: *Perinde, opinor, res uti sese dabit.* Particulas *ὅπως ἂν* eodem sensu usurpat noster Tro. 1052. Hecubæ dicenti, *Οὐκ ἔστ' ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ,* respondet Menelaus, *Ὅπως ἂν ἐκβῇ τῶν ἐρωμένων ὁ νοῦς.* ELM.

332. *Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος κακῶν*] Rom. C. *λάθῃ* supra scripto *οι*. Sophocles Œd. T. 903. *ἀλλ' ὦ κρατύνων, εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις, | Ζεῦ πάντ' ἀνάσσων, μὴ λάθῃ | σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν.* Hic libri nonnulli *λάθοι*. Utrumque bonum, ut *γενέσθω* et *γένοιτο*. Optativum apud Euripidem agnoscit Plutarchus Bruto p. 1008 B. item Athenæus p. 156 F. *εἶτα πάλιν φακοὶ προσενέχθησαν ὄξει βεβρεγμένοι. καὶ ὁ Διιτρέφης δραξάμενος ἔφη· Ζεῦ, μὴ λάθοι σε τῶνδ' ὃς αἴτιος φακῶν. καὶ ἄλλος ἑξῆς ἀνεβόησε· Φακός σε δαίμων καὶ φακὴ τύχη λάβοι.* Hinc Euripidis senarium fuisse, *κακός σε δαίμων καὶ κακὴ τύχη λάβοι,* colligit P. Leopardus Emendat. 6. 12. ELM.

335. *ὠσθήσει*] *ὠσθήσῃ* B. et Flor. 2. Libri ceteri *ὠθήσῃ*. "Noster Hel. 459. a Porsono allegatus: *Ὀχληρὸς ἴσθ' ὤν, καὶ τάχ' ὠσθήσει βίᾳ.* Futurum activum *ὠθήσω* ut *δοκήσω* legitur apud Sophoclem Aj. 1248. Euripidem Cycl. 588. Aristophanem Eccl. 300. Sed ceteris paribus præstat *ὤσω* ut *δόξω*. Eodem jure melius est passivum *ὠσθήσομαι* quam *ὠθήσομαι*." ELM.

336. *μὴ δῆτα τοῦτό γ', ἀλλά σ' αἰτοῦμαι, Κρέον*] Μὴ δῆτα for-

mula solennis in deprecationibus. Aristophanes Nub. 696. Μὴ δῆθ', ἱκετεύω σ', ἐνθάδ', ἀλλ' εἴπερ γε χρὴ, | χαμαί μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφροντίσαι. ELM.

339. οὖν] αὖ codd. novem et Lasc.

354. ἀψευδὴς codices. οὐ ψευδὴς Ald.

356. Scholiasta, Οὐ γάρ τι δράσεις: Δίδυμος μετὰ τοῦτον φέρει τὸ (v. 380.), σιγῇ δόμους εἰσβᾶσ', ἵν' ἔστρωται λέχος, καὶ μέμφεται τοῖς ὑποκριταῖς ὡς ἀκαίρως αὐτὸν τάσσουσιν. Vid. ad v. 380.

357. δύστανε γύναι om. Rom. C. et Flor. 2. 15. et recte fortasse.

364. πανταχῇ] πανταχοῦ Chr. Pat. 1060.

365. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα] Supplendum ἀποβήσεται. Recte Heathius, *at non hæc hoc modo abibunt.* Noster Hipp. 41. ἀλλ' οὔτι ταύτῃ τόνδ' ἔρωτα χρὴ πεσεῖν. Ad quem locum sequentia attulit Valckenarius. Æschylus Prom. 510. Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος | κρᾶναι πέπρωται. Aristophanes Eq. 839. Οὐκ, ὠγαθοί, ταῦτ' ἐστί πω ταύτῃ, μὰ τὸν Ποσειδῶ. Ennius apud Ciceronem de Nat. Deor. 3. 26. *Nequaquam istuc istac ibit.* Sed operæ pretium est Ciceronis locum apponere, non integrum quidem, sed qualis exstat: *Sed* * * * Nequaquam istuc istac abibit: magna inest certatio. | Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia. *Niobe parumne ratiocinari videtur, et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud vero quam callida ratione?* Qui volt esse, quod volt; ita dat se res, ut operam dabit. *Qui est versus omnium seminator malorum.* Ille transversa mente mihi hodie tradidit repagula: | quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem dabo: | mihi mœrores, illi luctum: exitium illi, exsilium mihi. *Hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini solum tributam dicitis, bestiæ non habent. Videsne igitur, quanto munere deorum simus affecti? atque eadem Medea patrem patriamque fugiens:* postquam pater | appropinquat, jamque, pæne ut comprehendatur, parat, | puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit, | perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia | ut, dum nati dissipatos artus captaret parens, | ipsa interea effugeret: illum ut mœror tardaret sequi; | sibi salutem ut familiari pareret parricidio. *Huic ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.* Hactenus Cicero, cujus verba *Niobe parumne ratiocinari videtur* multam disputandi materiam interpretibus præbuerunt. Omnes enim versus ex Ennii Medea sumti vi-

dentur. Sunt autem duodecim, quorum primus, secundus, quartus, quintus et sextus ad hanc Medeæ orationem pertinent, quam nunc præ manibus habemus. Primus et secundus fere ad verbum redditi sunt e v. 359. 362. [365. 368.] Quartus pertinet ad v. 365. [371.] Quintus et sextus ad v. 393, 4. [398, 9.] Sex ultimos, in quibus de nece Absyrti agitur, non ex Euripidis Medea sumtos esse manifestum est. Possunt tamen nihilominus in Ennii Medea fuisse. ELM.

366. εἰσ' ἀγῶνες] Corrige typothetæ errorem εἴ ἀγῶντες.

368. γὰρ ἄν με] γάρ με B.

ποτ' ἂν] Scribendum ποτε ex A.B. et octo aliis codicibus.

380. ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος] Schol. Ἡ θηκτὸν: ὧδε καλῶς κεῖται. Δίδυμος σημειοῦται ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν β̄ [δυοῖν ed. Matthiæ] τὸ σιγῇ δόμους εἰσβᾶσα. Malim mutato ordine: Δίδυμος—εἰσβᾶσα. ὧδε καλῶς κεῖται. Nescio quid significet ἐπὶ τῶν β̄. Bis vulgo legitur versus de quo agitur, ut jam monui ad v. 40. ELM. Didymus legebat

πότερον ὑφάψω ——
σιγῇ δόμους ——
ἢ θηκτὸν ὤσω ——

ἐπὶ τῶν significat ad utrumque, τὸ ὑφάπτειν et τὸ σφάζειν, referentes versum σιγῇ δ. Isti igitur ordinabant ut vulgo. Ad hunc locum referenda etiam annotatio scholiastæ ad v. 356. DOBRÆUS.

381. ἀλλ' ἕν τι μοι πρόσαντες] Noster Or. 788. Κεῖνό μοι μόνον πρόσαντες. Iph. T. 1012. εἰ πρόσαντες ἦν τόδε | Ἀρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισε | κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος; His adde hujus fabulæ v. 299. et omnia exempla habebis quæ apud tragicos exstant. Hesychius: Προσάντης. σκληρὸς, ἐναντίος, δυσχερὴς, ἐχθρὸς, ἀηδής. Optima interpretatio Græca est δυσχερὴς, Latina *molestus*, quippe quæ easdem fere significationis varietates complectantur quas προσάντης, quod primario sensu est *arduus*, *difficilis ascensu*. Vide Lexicon Xenophonteum. ELM.

384. κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν | σοφαὶ μάλιστα] Accusativus τὴν εὐθεῖαν (nempe ὁδὸν) non pendet ab ἐγχειρῶ v. 371. sed a subaudito ἰόντας. Aristophanes Av. 1. Ὀρθὴν κελεύεις, ᾗ τὸ δένδρον φαίνεται; ELM.

385. ἑλεῖν] κτανεῖν Ald. et aliquot codd.

386. καὶ δὴ τεθνᾶσι] *Fac mortuos esse.*

392. κεἰ] κἂν tres codices.

394. οὐ γὰρ—ἀλγυνεῖ κέαρ] Hæc παρῳδεῖ Eupolis apud Longinum c. 26. οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην, | χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ. Verba sunt Miltiadis, ni fallor, in fabula Δήμοις, de qua videndus Valckenarius Diatrib. p. 252. ELM.

398. σφι B. Legebatur σφιν, quod revocandum.

σφιν] In Rom. A. supra scriptum σι λείπει. Unde σφι olim lectum colligas. Brunckius etiam σφι edidit e membranis, comparato Sophocle Œd. C. 421. Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην | ὕβριν κατασβέσειαν, ἐν τ' ἐμοὶ τέλος | αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι. Mihi vero utrobique præstare videtur σφιν, quod nostro loco revocavi. Vide Æschylum Prom. 252. 456. Pers. 761. 809. Sophoclem Œd. C. 444. 451. 1490. (ubi σφιν pro singulari οἱ usurpari monent grammatici) Aj. 570. El. 1070. In his omnibus σφιν metro necessarium est, σφι vero nusquam. Metrum quidem corrumpit σφιν, quod exhibet Aldina apud Sophoclem Trach. 880. Τάλαιν', ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφιν φής; Sed ejus loco non σφι sed σφε reposuerunt recentiores. Accusativi locum invasisse videtur σφιν apud Æschylum Theb. 933. ubi scriptura incerta est. Dativo σφιν rarissime utitur Euripides, neque alibi in integris fabulis, quod sciam, quam hic et Suppl. 769. Οἴμοι, πόσῳ σφιν ξυνθανεῖν ἂν ἤθελον. Tragicus apud Platonem de Rep. p. 111 E. οὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων. ELM.

399. Distinguit inter γάμους et κῆδος, ut supra v. 360, 1. inter νυμφίοις et κηδεύσασιν. Οἱ κηδεύσαντες sunt οἱ πενθεροί, Creon scilicet. Quapropter addit καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονὸς, cujus injuriæ auctor Creon. ELM.

402. ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν] Pseudogregorius v. 480. τὰ δεινά. Melior est vulgata. Noster Hec. 515. πῶς καί κιν ἐξεπράξατ'; ἆρ' αἰδούμενοι; | ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ', ὡς ἐχθρὰν, γέρον, | κτείνοντες. Sic etiam τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ κάρτερον paullo ante v. 388. εἰς τὸ μαλθακὸν προσηγόμεσθα Or. 713. εἰς τὸ θῆλυ τρεπόμενος Hel. 997. ELM.

403. ὁρᾷς ἃ πάσχεις] Eadem verba ex Aristoph Nub. 662. indicat Elmsleius.

ὀφλεῖν Elmsleius. Scribebatur ὄφλειν,

404. τοῖς Σισυφείοις, τοῖς τ' Ἰάσονος γάμοις] Hesychius: Σισυφείοις. Κορινθίοις, κακοῖς. ἀπὸ Σισύφου βασιλέως. ELM.

dentur. Sunt autem duodecim, quorum primus, secundus, quartus, quintus et sextus ad hanc Medeæ orationem pertinent, quam nunc præ manibus habemus. Primus et secundus fere ad verbum redditi sunt e v. 359. 362. [365. 368.] Quartus pertinet ad v. 365. [371.] Quintus et sextus ad v. 393, 4. [398, 9.] Sex ultimos, in quibus de nece Absyrti agitur, non ex Euripidis Medea sumtos esse manifestum est. Possunt tamen nihilominus in Ennii Medea fuisse. ELM.

366. εἶσ' ἀγῶνες] Corrige typothetæ errorem εἶ ἀγῶντες.

368. γὰρ ἄν με] γάρ με B.

ποτ' ἂν] Scribendum ποτε ex A.B. et octo aliis codicibus.

380. ἢ θηκτὸν ὤσω φάσγανον δι' ἥπατος] Schol. Ἢ θηκτὸν: ὧδε καλῶς κεῖται. Δίδυμος σημειοῦται ὅτι κακῶς οἱ ὑποκριταὶ τάσσουσιν ἐπὶ τῶν β̄ [δυοῖν ed. Matthiæ] τὸ σιγῇ δόμους εἰσβᾶσα. Malim mutato ordine: Δίδυμος—εἰσβᾶσα. ὧδε καλῶς κεῖται. Nescio quid significet ἐπὶ τῶν β̄. Bis vulgo legitur versus de quo agitur, ut jam monui ad v. 40. ELM. Didymus legebat

πότερον ὑφάψω ——

σιγῇ δόμους ——

ἢ θηκτὸν ὤσω ——

ἐπὶ τῶν significat ad utrumque, τὸ ὑφάπτειν et τὸ σφάζειν, referentes versum σιγῇ δ. Isti igitur ordinabant ut vulgo. Ad hunc locum referenda etiam annotatio scholiastæ ad v. 356. DOBRÆUS.

381. ἀλλ' ἔν τι μοι πρόσαντες] Noster Or. 788. Κεῖνό μοι μόνον πρόσαντες. Iph. T. 1012. εἰ πρόσαντες ἦν τόδε | Ἀρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισε | κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος; His adde hujus fabulæ v. 299. et omnia exempla habebis quæ apud tragicos exstant. Hesychius: Προσάντης. σκληρὸς, ἐναντίος, δυσχερὴς, ἐχθρὸς, ἀηδής. Optima interpretatio Græca est δυσχερὴς, Latina *molestus*, quippe quæ easdem fere significationis varietates complectantur quas προσάντης, quod primario sensu est *arduus, difficilis ascensu*. Vide Lexicon Xenophonteum. ELM.

384. κράτιστα τὴν εὐθεῖαν, ᾗ πεφύκαμεν | σοφαὶ μάλιστα] Accusativus τὴν εὐθεῖαν (nempe ὁδὸν) non pendet ab ἐγχειρῶ v. 371. sed a subaudito ἰόντας. Aristophanes Av. 1. Ὀρθὴν κελεύεις, ᾗ τὸ δένδρον φαίνεται; ELM.

385. ἑλεῖν] κτανεῖν Ald. et aliquot codd.

386. καὶ δὴ τεθνᾶσι] *Fac mortuos esse.*

392. *κεἰ*] *κἂν* tres codices.

394. *οὐ γὰρ—ἀλγυνεῖ κέαρ*] Hæc *παρῳδεῖ* Eupolis apud Longinum c. 26. *οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,* | *χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.* Verba sunt Miltiadis, ni fallor, in fabula *Δήμοις*, de qua videndus Valckenarius Diatrib. p. 252. ELM.

398. *σφι* B. Legebatur *σφιν*, quod revocandum.

σφιν] In Rom. A. supra scriptum *σι λείπει.* Unde *σφι* olim lectum colligas. Brunckius etiam *σφι* edidit e membranis, comparato Sophocle Œd. C. 421. *Ἀλλ' οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην* | *ὕβριν κατασβέσειαν, ἐν τ' ἐμοὶ τέλος* | *αὐτοῖν γένοιτο τῆσδε τῆς μάχης πέρι.* Mihi vero utrobique præstare videtur *σφιν*, quod nostro loco revocavi. Vide Æschylum Prom. 252. 456. Pers. 761. 809. Sophoclem Œd. C. 444. 451. 1490. (ubi *σφιν* pro singulari οἱ usurpari monent grammatici) Aj. 570. El. 1070. In his omnibus *σφιν* metro necessarium est, *σφι* vero nusquam. Metrum quidem corrumpit *σφιν*, quod exhibet Aldina apud Sophoclem Trach. 880. *Τάλαιν', ὀλεθρία, τίνι τρόπῳ θανεῖν σφιν φής;* Sed ejus loco non *σφι* sed *σφε* reposuerunt recentiores. Accusativi locum invasisse videtur *σφιν* apud Æschylum Theb. 933. ubi scriptura incerta est. Dativo *σφιν* rarissime utitur Euripides, neque alibi in integris fabulis, quod sciam, quam hic et Suppl. 769. *Οἴμοι, πόσῳ σφιν ξυνθανεῖν ἂν ἤθελον.* Tragicus apud Platonem de Rep. p. 111 E. *οὔπω σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.* ELM.

399. Distinguit inter *γάμους* et *κῆδος*, ut supra v. 360, 1. inter *νυμφίοις* et *κηδεύσασιν.* Οἱ *κηδεύσαντες* sunt οἱ *πενθεροὶ*, Creon scilicet. Quapropter addit *καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονὸς*, cujus injuriæ auctor Creon. ELM.

402. *ἕρπ' εἰς τὸ δεινόν*] Pseudogregorius v. 480. *τὰ δεινά.* Melior est vulgata. Noster Hec. 515. *πῶς καί κιν ἐξεπράξατ';* *ἆρ' αἰδούμενοι;* | *ἢ πρὸς τὸ δεινὸν ἤλθεθ', ὡς ἐχθρὰν, γέρον,* | *κτείνοντες.* Sic etiam *τόλμης δ' εἶμι πρὸς τὸ κάρτερον* paullo ante v. 388. *εἰς τὸ μαλθακὸν προσηγόμεσθα* Or. 713. *εἰς τὸ θῆλυ τρεπόμενος* Hel. 997. ELM.

403. *ὁρᾷς ἃ πάσχεις*] Eadem verba ex Aristoph Nub. 662. indicat Elmsleius.

ὀφλεῖν Elmsleius. Scribebatur *ὄφλειν*,

404. *τοῖς Σισυφείοις, τοῖς τ' Ἰάσονος γάμοις*] Hesychius: *Σισυφείοις. Κορινθίοις, κακοῖς. ἀπὸ Σισύφου βασιλέως.* ELM.

410—420. ἄνω — | χωροῦσι — | καὶ δίκα — | ἀνδράσι — | δ' οὐκέτι — | τὰν δ' — | στρέφουσι — | ἔρχεται — | γυναικείῳ — | οὐκέτι — | φάμα—ἕξει Ald. eodemque modo in antistropho.

410. Hesychius, Ἄνω ποταμῶν· παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ἐναντία γενομένων. κέχρηνται καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης. Hoc proverbium copiose illustrarunt viri docti ad Hesychium. ELM.

παγαὶ] πηγαὶ aliquot codd.

415. ἐμὰν cum βιοτὰν conjungendum.

416. στρέψουσι Elmsleius. Legebatur στρέφουσι.

421. λήξουσ' Heathius. λήξουσι Rom. D. Vulgo λήξουσιν.

423. ὑμνεῦσαι] Rom. C. E. schol. ὑμνεῦσαι. Rom. A. B. ὑμνέουσαι. Rom. D. [et Flor. 10.] ὑμναίουσαι. Mag. [et Flor. 2.] ὑμνεῦσ'. Fortasse legendum ὑμνοῦσαι. Fortasse etiam recte se habet Ionica forma tum hic tum Hipp. 168. ubi vulgo legitur ἀΰτευν. Plura exempla apud Euripidem non reperi. Apud Æschylum legitur εἰσοιχνεῦσιν in anapæsto Prom. 121. πολεύμεναι in senario ibid. 646. Longe insolentius μυθεῦσαι pro μυθεύουσαι noster Iph. A. 789. modo recte se habeat scriptura. ELM. ὑμνεῦσαι etiam Eustathius p. 634, 16.

425. ὤπασε] ἔπνευσε aliquot codd. et Lasc. Homer. Od. Θ, 498. ὥς ἄρα τοι πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν.

427. Φοῖβος ἀγήτωρ μελέων] Sic Eustathius p. 10, 28. Rom. B. ἀγήτωρ supra scripto η. Rom. A. C. D. E. Lasc. ἀγήτωρ. Quæ forma præferenda esset, si vere Dorica essent hæc verba. Dorice enim Ἀγησίλας dicitur, qui Attice Ἡγησίλεως. Sed apud tragicos Δωρίζοντας servandus videtur spiritus qui Atticæ formæ convenit. ELM.

Horatius Carm. 4. 6, 25. *Doctor argutæ fidicen Thaliæ* | *Phœbe, qui Xantho lavis amne crines.* Alii libri *Ductor* et *Argivæ*. Nostrum locum contulit Bentleius, monente Porsono. ELM.

428. ἐπεὶ ἀντ|άχησαν ὕμνον] Sic Rom. C. D. E. Quam scripturam vulgo explicant, ἐπεὶ ἀντάχησαν ἂν αἱ γυναῖκες ὕμνον. Rom. A. a corr. B. ἀντάχησαν ὕμνοις. Rom. A. ante corr. ἀντάχησα ὕμνοις. Idem supra scriptum habet ὕμνον. Eustathius p. 634, 13. ἀντάχησαν ὕμνοι. Quam scripturam agnoscit scholiastes: οἱ ὕμνοι τῶν μελῶν ἀντήχησαν ἂν πρὸς τοὺς ἄνδρας, ἀντεκωμῳδήσαντο (malim ἀντεκωμῴδησάν τε) καὶ ἀντιδιέβαλον ἄν, εἰ ὁ Ἀπόλλων ἐδωρήσατο ταῖς γυναιξὶ τὸ λέγειν. Burn. ἀντάχησεν ὕμνον. Schol. Ἐπεὶ ἀντάχησεν.) ταῦτα καὶ εἰς τὰ Ἡσιόδου &c.

Quinque igitur modis variatur scriptura, *ἀντάχησαν ὕμνον*, *ἀντάχησαν ὕμνοις*, *ἀντάχησαν ὕμνοι*, *ἀντάχησα ὕμνοις*, *ἀντάχησεν ὕμνον*. Tandem Musgravius *ἀντάχησ' ἂν ὕμνον* ex emendatione Scaligeri, *ἀνταχησ'* pro *ἀντάχησα* accipiendum monens. ELM.

432. *πατρῴων* codices et Lasc. *πατρίων* Ald.

433. *μαινομένᾳ κραδίᾳ*] Sic Eurip. Hippol. 1274. et Æsch. Theb. 784. Ennius apud Nonium c. 4. p. 653. v. *Efferre: Utinam ne unquam, Medea, Colchis cupido corde pedem extulisses.* ELM.

434—438. *μαινομένᾳ—διδύ- | μους— | πέτρας— | ναίεις— | κοίτας— | τάλαινα—ἐλαύνῃ* Ald. similiterque in antistropho.

434. *διδύμους*] *διδύμας* Rom. A.B.C.D. Sed *δίδυμον ἥβαν* dixit noster Herc. 657. ELM.

ὁρίσασα] Pro *περάσασα*. Æschylus Suppl. 553. *διχῇ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει*. Euripides Heracl. 16. *ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν*. Hæc attulit Musgravius.

438. *οὐδ' ἔτ'* Musgravius. *οὐδέ τ'* libri.

440. *μένει*] *μίμνει* Ald. et pars codicum.

αἰθερία δ' ἀνέπτα] Noster Herc. 556. HP. *Κοὐκ ἔσχεν αἰδῶ τὸν γέροντ' ἀτιμάσαι*; | ME. *Αἰδώς γ' ἀποικεῖ τῆσδε τῆς χθονὸς* (male vulgo *θεοῦ*) *πρόσω*. Utrobique respexit Hesiodum v. 195. *καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης*, | *λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένω χρόα καλὸν*, | *ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτην, προλιπόντ' ἀνθρώπους*, | *Αἰδὼς καὶ Νέμεσις*. ELM.

441. *οὔτε*] Respondet *δὲ* v. 444.

444. *πάρα* Rom. quattuor. Vulgo *παρὰ*.

σῶν Porsonus. Legebatur *τῶν*.

445. *ἄλλα* Heathius. *ἀλλὰ* libri.

453. *πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιουμένη φυγῇ*] Nostri, *think yourself well off.* Euripides Heracl. 959. *καὶ κερδανεῖς ἅπαντα* (*semel tantum moriendo*), *χρῆν γὰρ οὐχ ἅπαξ* | *θνήσκειν σε, πολλὰ πήματ' ἐξειργασμένον*. ELM.

454. *ἀεὶ* codices. *αἰεὶ* Ald.

456. *ἀνίης* Victorius, cujus in libro annotatum *ἀνίεις* (η superscr.). Legebatur *ἀνίεις*. "Notanda autem constructio. Ab *ἀνίεις* pendet non solum genitivus *μωρίας*, verum etiam participium *λέγουσα*. Ita supra v. 412. *Μοῦσαι δὲ παλαιγενέων λήξουσ' ἀοιδᾶν, τὰν ἐμὰν ὑμνεῦσαι ἀπιστοσύναν.*" ELM.

458. *ὅμως δὲ κἀκ τῶνδ' οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις | ἥκω*] Euripides Andr. 87. *Ὁρᾷς; ἀπαυδᾷς ἐν κακοῖς φίλοισι σοῖς.* Ubi schol. *ἀπαγορεύεις βοηθεῖν τοῖς φίλοις, οὖσιν ἐν κακοῖς.* ELM.

459. *τὸ σόν γε* Ald. Rom. C. Flor. 15. Pseudogregor. 246. *τὸ σὸν δέ* Lasc. Flor. 2. 10. Havn. *τὸ σόνδε* Rom. A. *τοσόν δε* Rom. D. *τοσόν δὲ* Paris. B. D. Lib. P. secundum Musgr. fortasse vitio operarum: nam quem idem habere dicit Paris. A, is *τοσόνδε* habet apud Brunck. *τοσόνδε* Paris. A. Rom. E. Difficile est eligere. Videtur tamen, si *τὸ σὸν δέ* scribas, quod verbis *οὐκ ἀπειρηκὼς φίλοις* opponatur, his verbis ea vis tribui, quæ in iis revera non insit. Ex hoc tamen tertia scriptura *τοσόνδε* orta videtur, non contra. *τὸ σόν γε προσκ.* rectius vertunt, *tuo commodo prospiciens,* quam Markland. ad Iph. A. 1098. *prævidens tuam conditionem.* MATTH.

460. *ὡς μήτ' ἀχρήμων σὺν τέκνοισιν ἐκπέσῃς, | μήτ' ἐνδεής του*] Hesychius: *Ἀχρήμων. πένης, καὶ αὐταρκής.* Sæpius non legitur apud tragicos. Theognis v. 155. *μήποτέ τοι πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ χαλεφθεὶς, | μηδ' ἀχρημοσύνην, Κύρνε, κακὴν πρόφερε.* Ubi *πλεονάζει* oratio, haud secus atque apud Euripidem. Idem enim significant *πενίην* et *ἀχρημοσύνην,* idem *ἀχρήμων* et *ἐνδεής.* ELM.

462. *αὐτῇ* Barnesius. *αὐτῇ* libri.

466. *γλώσσῃ*] Reticetur oppositio, *quum manu te ulcisci nequeam.* MATTH.

467. Sequitur in libris *θεοῖς τε κἀμοὶ παντί τ' ἀνθρώπων γένει.* Versum e loco inferiore 1324. illatum delevit Brunckius.

469. *οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν, οὐδ' εὐτολμία*] Distinguunt grammatici inter *θράσος* et *θάρσος.* Schol. *τινὲς δὲ ἐπιλαμβάνονται Εὐριπίδου ὡς κακῶς * * * τὸ γὰρ θράσος ἔδει μᾶλλον εἰπεῖν θάρσος. διαφέρει δὲ ὡς ἀρετὴ κακίας. τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ κακοῦ καὶ ῥιψοκινδύνου τάσσεται, τὸ δὲ ἐπὶ ἀγαθοῦ.* Hinc nata scripturæ diversitas in nonnullis libris. Rom. A. ante corr. D. E. *οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν,* ut vulgo. Rom. C. *οὔτι θράσος τόδ' ἐστίν.* Rom. A. a corr. *οὔτοι θάρσος τόδ' ἐστὶν,* supra scripto *θράσος.* Rom. B. in textu *οὔτοι θάρσος τόδ' ἐστὶν,* in margine vero *οὔτοι τόδ' ἐστὶ θάρσος.* Grammaticorum præceptum bonum est, sed non semper observatur. *Θράσος* pro *θάρσος* dixerunt Sophocles Phil. 104. El. 479. Euripides Alc. 607. Suppl. 609. ELM.

473. *ἐγώ τε γὰρ λέξασα, κουφισθήσομαι | ψυχὴν, κακῶς σε, καὶ σὺ λυπήσῃ κλύων*] Hic ordo verborum nostris inelegans videtur.

Aliter sentiebant veteres. Sophocles Œd. T. 644. Μή νυν ὀναίμην, ἀλλ' ἀραῖος, εἴ σε τι | δέδρακ', ὀλοίμην, ὧν ἐπαιτιᾷ με δρᾶν. Euripides Hec. 1224. καὶ μὴν τρέφων μὲν ὥς σε παῖδ' ἐχρῆν τρέφειν, | σώσας τε τὸν ἐμὸν, εἶχες ἂν καλὸν κλέος. Or. 599. ἀλλ' ὡς μὲν οὐκ εὖ μὴ λέγ' εἴργασται τάδε, | ἡμῖν δὲ τοῖς δράσασιν οὐκ εὐδαιμόνως. ELM. Conf. ad v. 857.

476. ἔσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι] Hic locus ab antiquis ob sigmatismum notatus est, quanquam sigma sæpius repetitur in Iph. T. 765. τὸ σῶμα σώσας, τοὺς λόγους σώσεις ἐμοί. nec parcius in Sophocl. Œd. T. 1481. ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας, et ejusdem fabulæ 425. POR. Adde Iphig. T. 1068. Ion. 386. fragm. Andromedæ apud Diog. L. 4, 29. Comicorum Euripidem ridentium locos afferunt scholiasta et Eustathius p. 813, 44. 1379, 56.

477. Ἀργῷον Elmsleius. Libri Ἀργῶον.

479. ζεύγλαισι A.B. aliique. Vulgo ζεύγλῃσι.

480. θ'] δ' A.

ἀμφέπων] A.B. aliique nonnulli cum Lasc.

487. ὑπ' αὐτοῦ] ὑφ' αὐτοῦ Elmsleius. Utrumque dici potuit. ὑπ' αὐτοῦ ad ἀπέκτεινα, ὑφ' αὐτοῦ ad θανεῖν refertur.

δ' Rom. quattuor, Flor. duo et schol. Vulgo τ'.

φόβον Libri aliquot δόμον. Utramque lectionem novit scholiasta.

489. καινὰ] In A. supra scriptum καὶ νέα, ut fuisse videantur qui καὶ νέ' ἐκτήσω λέχη legerent.

491. σύγγνωστ' (vitioso accentu pro συγγνώστ') ἂν ἦν Ald. et codd. aliquot recentiores. Plerique συγγνωστὸν ἦν cum Lasc.

493. εἰ liber Puteani. Legebatur ἦ, consentiente scholiasta Æschinis p. 768. ed. Reisk.

494. θέσμ' ἐν Lasc. et aliquot codices. Plerique θέσμι' ἐν. unde θέσμι', omisso ἐν, Rom. C. et Ald.

497. καὶ τῶνδε γονάτων, ὡς μάτην κεχρώσμεθα | κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς] Euripides Phœn. 1619. Σοί τ' εὖ λέλεκται γόνατα μὴ χρώζειν ἐμὰ, | ἐγώ τε ναίειν σ' οὐκ ἐάσαιμ' ἂν χθόνα. Porsonus grammaticis obsecutus χρῴζειν scripsit. Vide Etymologum p. 667, 26. p. 677, 26. Alteram formam χροΐζει exhibet noster Heracl. 915. ELM.

500. δοκοῦσα μέν τι] Sic Ald. et plerique. μέντοι schol. μέν τε Lasc. Ex var. lect. D. μή τι edidit Musgravius, quicum consentit C. POR.

502. Ennius apud Ciceronem de Orat. 3. 58. *Quo nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi? Domum paternamne, anne ad Peliæ filias?* POR.

504. γ' ἂν οὖν] τ' ἂν οὖν A. ante corr. et B. ταυῦν aliquot codd. et Lasc. καλῶς γ' ἂν οὖν infra 588. et apud Aristoph. Equit. 344.

505. ὧν πατέρα κατέκτανον] Vox trisyllaba πατέρα ita posita versum minus numerosum reddit. Hujusmodi senarios in antiquioribus fabulis rarissime exhibet Euripides, in recentioribus haud raro. Ita Hec. 727. ἐλθοῦσ', ἐφ' οἷσπερ Ταλθύβιος ἤγγειλέ μοι. Ibid. 1240. 'Αχθεινὰ μέν μοι τἀλλότρια κρίνειν κακά. Eadem sede qua Ταλθύβιος et ἀλλότρια leguntur ἡμέτερον Or. 60. καὶ χάριτας ibid. 244. μὴ πρότερον ibid. 487. ὦ μέλεος ibid. 670. ἑπτάπυλα Phœn. 79. Euripide antiquior Æschylus hanc senarii formam aliquoties usurpavit. Theb. 1030. καὶ μήθ' ὁμαρτεῖν τυμβοχόα χειρώματα. Eum. 107. χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα. Pers. 332. Αἴσχη τε Πέρσαις, καὶ λιγέα κωκύματα. Ibid. 171. τοῦδέ μοι γίγνεσθε, Πέρσαι, γηράλεα πιστώματα. Cum pede trisyllabo etiam in tertia sede noster Iph. T. 566. Κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο. ELM. De loco Æschyli Pers. 332. dixi in Thesauro Stephani s. γηραλέος.

509. μακαρίαν 'Ελληνίδων Ald. Rom. C. Flor. 2. Vict. Alexander rh. p. 580. ed. Ald. μακαρίαν ἀν' 'Ελλάδα Lasc. Flor. A. Par. B. D. Cott. Rom. D. E. Flor. 10. μακαρίαν 'Ελλάδ' Herodianus περὶ σχημάτων ap. Villoison. Anecd. Gr. vol. 2. p. 90. [p. 51, 13. ed. Dindorf.] omisso ἀν' propter syllabam præcedentem. Contra Havn. μακαρί' ἀν' 'Ελλάδα. Par. A. Rom. A.B. Flor. 15. Havn. in marg. καθ' 'Ελλάδα. Quum pro μακαρίαν ἀν' 'Ελλάδα scriptum esset μακαρίαν 'Ελλάδα, ἀν' propter præcedentem versum omisso, alius versum supplere conatus est scribendo 'Ελληνίδων, alius καθ' 'Ελλάδα. MATTH.

511. πιστὸν] σεμνὸν Alexander.

512. γε] τε codd. plerique et Lasc. δὲ Rom. C. Flor. 2. et Ald. Recte γε codex Herodiani Havniensis.

513. φίλων] δόμων Herodianus.

516. ᾗ] ἦν Clem. Alex. Strom. 6. p. 747. et Stobæus 2, 16.

523. ἀλλ' ὥστε νηὸς κεδνὸν οἰακοστρόφον] Rom. B. ἀλλ' ὥς γε. Monet Valckenarius ad Hipp. 1226. hunc versum Æschyleum esse Theb. 62. σὺ δ' ὥστε νηὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος. Utrobique inter νηὸς et ναὸς fluctuant libri. Apud Euripidem Rom.

B. C. νηὸς habent, Rom. A. (in quo supra scriptum η a prima manu) D. E. Lasc. ναός. Ita vulgo legitur apud Sophoclem Ant. 715. Trach. 668. Aj. 201. 872. Phil. 216. apud Euripidem Hec. 1263. Iph. T. 1137. Tro. 681. 686. Cycl. 83. Hel. 429. 1230. ELM.

524. *ἄκροισι λαίφους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν*] Schol. *Κρασπέδοις: περιφραστικῶς εἶπεν ἀντὶ τοῦ παντὶ ἀρμένῳ.* Nostri, *with full sails*. ELM. De hac interpretatione dubito ob locum Aristoph. Ran. 999. (1030.) ubi chorus Æschylo, (*σὺ δὲ τί φέρε πρὸς ταῦτα λέξεις; μόνον ὅπως μή σ' ὁ θυμὸς ἁρπάσας ἐκτὸς οἴσει τῶν ἐλαῶν· δεινὰ γὰρ κατηγόρηκεν. ἀλλ' ὅπως, ὦ γεννάδα, μὴ πρὸς ὀργὴν ἀντιλέξεις,*) *ἀλλὰ συστείλας ἄκροισι χρώμενος τοῖς ἱστίοισιν, εἶτα μᾶλλον, μᾶλλον ἄξεις, καὶ φυλάξεις, ἡνίκ' ἂν τὸ πνεῦμα λεῖον καὶ καθεστηκὸς λάβῃς.* ubi schol. *τοῦτο δὲ εἴρηκεν ἐκ μεταφορᾶς τῶν πλεόντων, οἵ, ὅταν πνεῦμα σφοδρὸν ἐμπνεύσῃ, συστέλλουσι τὰ ἱστία, ἵνα μὴ τῇ βιαίᾳ τούτου φορᾷ ἀνατραπείη τὸ σκάφος —— Ἄκροισι δὲ τοῖς ἐν ἄκρῳ δεχομένοις τὸ πνεῦμα, καὶ μὴ κατὰ τὸ μέσον.* Est igitur potius, *circumspecte et caute vitare*. MATTH.

525. *τὴν σὴν στόμαργον, ὦ γύναι, γλωσσαλγίαν*] Euripides Andr. 690. *ἣν δ' ὀξυθυμῇ, σοὶ μὲν ἡ γλωσσαλγία | μείζων, ἐμοὶ δὲ κέρδος ἡ προμηθία.* Hesychius: *Γλωσσαλγία. φλυαρία.* Idem: *Γλώσσαργον [ἦθος]. στόμαργον, ταχύγλωσσον.* Ex Suida supplevi *ἦθος*. Utraque glossa e Lexico Tragico sumta videtur, utraque forma bona, ut *κεφαλαλγὴς* et *κεφάλαργος*. Vide Kœnium ad Gregorium p. 158. ELM.

526. *ἔγωγ'* Ald. Omnes Rom. Lasc. Par. A. E. Mag. Put. *ἐγὼ δ'*, quod recte admisit Porsonus. Vide Sophoclem Ant. 1196. Aj. 486. 678. El. 951. Euripidem Or. 517. 539. 545. Phœn. 476. Heracl. 986. Aristophanem Ach. 508. Eccl. 723. ELM.

Notandum *καὶ λίαν*, quod paullo majorem vim habet quam *λίαν*. Æschylus Prom. 1029. *πρὸς ταῦτα βούλευ'. ὡς ὅδ' οὐ πεπλασμένος | ὁ μῦθος, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος.* Euripides Hec. 1286. *Ἐπείπερ οὕτω καὶ λίαν θρασυστομεῖ.* Aristophanes Eq. 1228. *Τοὐμόν γε φράζων ὄνομα καὶ λίαν σαφῶς.* Similia sunt *καὶ μάλα* et *καὶ πολύ*. De hoc vide ad v. 871. [901.] ELM.

De *πυργοῖς*, *auges*, *amplificas*, vide annotationem meam ad Heracl. 294. *δὶς τόσα πυργοῦν τῶν γιγνομένων.* ELM.

529. Interpretor, partim cum Buchanano: *ingenii acumen*

acre suppetit tibi, ut viam me servandi facile invenires; sed invidiosum est dicere, quod ego contendo, te a Cupidine coactam esse me servare. Verba ὡς Ἔρως σ' ἦν. non nisi ad vocem λόγος explicandam pertinent. MATTH.

531. πόνων ἀφύκτων Ald. quam lectionem memorat scholiastes. Sed et alteram memorat, τόξοις ἀφύκτοις, quam habent Lasc. et MSS. plerique, et e Flor. probat Valckenærius ad Hippol. 1420. Hunc locum respicit Ennius apud Ciceronem Tusc. 4. 32. *Tu me amoris, magis quam honoris, servavisti gratia.* POR.

532. θήσομαι] *Administrabo, tractabo.* MATTH.

536. πρῶτον μὲν Ἑλλάδ' ἀντὶ βαρβάρου χθονὸς | γαῖαν κατοικεῖς, καὶ δίκην ἐπίστασαι, | νόμοις τε χρῆσθαι] Hoc argumentum ab ἀνδραποδισταῖς mutuo sumsisse videtur Euripides. Id enim hominum genus non solum injuriam iis allatam negant, quos ex patria vi eripuerunt, sed etiam nativæ eorum stupiditati tribuunt, quod maximo beneficio affectos se nesciant. Eodem argumento utitur Theophilus comicus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 724. καίτοι τί φημι, καὶ τί δρᾶν βουλεύομαι; | προδοὺς ἀπιέναι τὸν ἀγαπητὸν δεσπότην, | τὸν τροφέα, τὸν σωτῆρα, δι' ὃν εἶδον νόμους | Ἕλληνας, ἔμαθον γράμματ', ἐμυήθην θεοῖς. Gratum hunc servum fingit Theophilus, ingratam Medeam Euripides. ELM.

538. μὴ πρὸς ἰσχύος χάριν] Similiter μὴ πρὸς ἰσχύος κράτος Soph. Philoct. 594. ELM.

542. εἴη δ' ἔμοιγε μήτε χρυσὸς ἐν δόμοις] Noster Herc. 643. a Porsono allatus: μή μοι μήτ' Ἀσιάτιδος | τυραννίδος ὄλβος εἴη, | μὴ χρυσοῦ δώματα πλήρη, | τᾶς ἥβας ἀντιλαβεῖν. Nostro loco ex sua potius quam ex Jasonis persona locutus est poeta. Quod inter ea quæ exoptare solent homines, primum locum divitiis dedit, æque tragico Atheniensi atque Argonautarum principi convenit. Sed Ὀρφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος, id est, *victoriam in certamine poetico referre*, proprium poetæ votum est. Jason haud dubie ποδῶν ἀρετὴν aut παλαισμοσύνην maluisset. Hæc enim primo loco ponit Tyrtæus in illo carmine cujus exordium huc retulit Porsonus: Οὔτ' ἂν μνησαίμην, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην, | οὔτε ποδῶν ἀρετῆς, οὔτε παλαισμοσύνης· | οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε, | νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην· | οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη, | πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύρεω βάθιον· | οὐδ' εἰ Ταντα λίδεω Πέλοπος

βασιλεύτερος εἴη, | γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι. | οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν πλὴν θούριδος ἀλκῆς. Sequentia vide apud Gaisfordium Poet. Min. Gr T. 1. p. 436. ELM.

543. *κάλλιον*] Libri aliquot *βέλτιον* vel *βέλτιστον*. *κάλλιον* Eustath. p. 667, 47. 801, 54.

545. *μέντοι* ex A. aliisque nonnullis et Lasc. editum. Scribendum *μέν σοι*, quod habent codices reliqui et Ald.

546. *ἅμιλλαν—λόγων*] Iisdem verbis utitur Suppl. 428.

550. *ἥσυχος*] *ἡσύχως* Rom. A.B. Par. A. Sed Par. A. cum Aldina consentit Hipp. 1313. ubi iterum leguntur eadem verba *ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος*. Apud Aristophanem vulgo legitur *ἔχ' ἥσυχος* Plut. 127. *ἔχε νυν ἥσυχος* Nub. 1246. *μέν' ἥσυχος* Av. 1199. Thesm. 932. Apud Euripidem Iph. A. 1133. verba *ἔχ' ἥσυχος* ab Aldo omissa ex codd. reposuit Marklandus. Apud eundem Suppl. 305. edd. omnes, ni fallor, *κάρτ' ἂν εἶχον ἡσύχως*. ELM.

552. *πολλὰς ἐφέλκων συμφορὰς ἀμηχάνους*] Supra v. 450. media forma *ἐφέλκεται* eadem fere significatione legitur. ELM.

553. *εὗρον*] Scribendum *ηὗρον*.

554. *φυγὰς γεγὼς*] *γεγὼς φυγὰς* A.

555. *ἐχθαίρων*] *ἐχθραίνων* Ald. et Rom. E.

564. *ξυναρτήσας γένος*] Eodem sensu Eurip. Œneo fr. 1. dixit *ξυνῆψε γένναν*. ELM.

565. *σοί τε γὰρ παίδων τί δεῖ*] Hæc sic accipio: *neque enim tibi opus est aliis liberis, et mihi conducit*—Quum aliquis ei, qui jam liberos habet, dicit, ei non opus esse liberis, facile intelligimus, eum non de liberis, qui jam sunt, loqui, sed de aliis, qui nasci adhuc possint. Itaque hoc dicit Jason: Medeæ non alios esse expetendos liberos, contentam eam esse posse iis, qui jam sint, ideoque non debere eam conjugium Jasonis nimis desiderare, quasi ex eo alios etiam liberos speret: *οὔτε γὰρ σοὶ παίδων ἔτι δεῖ, ἐμοί τε λύει*— MATTH.

566. *λύει*] Id est *λυσιτελεῖ*.

569. *ἀλλ' εἰς τοσοῦτον ἥκεθ', ὥστ' ὀρθουμένης | εὐνῆς, γυναῖκες πάντ' ἔχειν νομίζετε*] Plenius *εἰς τοσοῦτον μωρίας*, ni fallor, ut v. 365. Quod hic perstringit Jason, defendit Menelaus Andr. 372. *τὰ μὲν γὰρ ἄλλα δεύτερ' ἂν πάσχοι γυνή· | ἀνδρὸς δ' ἁμαρτάνουσ', ἁμαρτάνει βίου*. ELM.

573. *χρῆν—γένος*] Eandem sententiam pluribus verbis expressit Hipp. 616. *ὦ Ζεῦ, τί δή, κίβδηλον ἀνθρώποις κακόν, |*

γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας; | εἰ γὰρ βρότειον ἤθελες σπεῖραι γένος, | οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε, | ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς | ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος, | παίδων πρίασθαι σπέρμα τοῦ τιμήματος | τῆς ἀξίας ἕκαστον· ἐν δὲ δώμασι | ναίειν ἐλευθέροισι, θηλειῶν ἄτερ. ELM.

575. χ' οὕτως libri optimi. Alii quidam οὕτως δ'. In Ald. οὕτω δ'.

577. ἐρῶ codd. plerique. Pauci λέγω cum Ald.

579. πολλοῖς διάφορός εἰμι dictum ut διαφέρεσθαι τινὶ, *dissentire ab aliquo*, ut apud Antiphontem de Herod. cæd. p. 725, 9. τοῖς ἐπὶ τοῦ τροχοῦ λεγομένοις—διεφέρετο, et p. 729, 11. οἱ τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν λόγους λέγοντες πιστότεροί εἰσι τῶν διαφερομένων σφίσιν αὐτοῖς. MATTH.

584. ὣς Matthiæ. Revocandum ὡς.

585. ἐκτενεῖ] Metaphora est a palæstra ducta, ut ἔχεσθαι μέσος aliæque. ELM. ἐκτενεῖ aliquot codd. et Eustath. p. 672, 60. Aliorum librorum corruptelæ sunt κτενεῖ, οὖν κτενεῖ, ἂν κτενεῖ.

587. μοι τῷδ' ὑπηρέτεις λόγῳ Ald. rell. Rom. C. Florr. tres. σοὶ pro μοι Rom. D. σὺ τῷδ' ὑπηρ. λ. Flor. A. Par. A. Rom. A.B. In Havn. etiam deest μοι, et m. sec. supra scripsit σύ. τῷδ' ἐξυπηρέτεις λόγῳ Lasc. Paris. B. D. Rom. E. Duplex dativus μοι τῷδε λόγῳ offendisse videtur librarios, ut μοι omitterent, tum claudicantem versum sarcirent alii σοὶ scribendo, alii σὺ, alii ἐξυπηρέτεις. Sic autem Soph. Phil. 747 sq. πρόχειρον εἴ τί σοι, τέκνον, πάρα ξίφος χεροῖν. Eur. Hel. 82. σύγγνωθι δ' ἡμῖν τοῖς λελεγμένοις, γύναι. MATTH.

594. βασιλέων Elmsleius. Legebatur βασιλέως quod non regis filiæ, sed regis ipsius torum significaret.

597. φῦσαι] φῦναι Ald.

600. μετεύξει] μέτευξαι Elmsleius. Quæ conjectura hoc loco minus et necessaria et probabilis est quam Canteri in Cycl. 131. οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις, ὡς ἀπαίρωμεν χθονός; imperativum restituentis δρᾶσον.

604. φευξοῦμαι] Scribendum φεύξομαι ex Flor. 15. pariterque φεύξεσθε restituendum pro φευξεῖσθε Bacch. 798. Forma futuri in οῦμαι poetas Atticos non uti nisi metro cogente monui ad Aristoph. Ach. 203.

606. τί δρῶσα; μῶν γαμοῦσα, καὶ προδοῦσά σε;] Schol. σεσημείωται τὸ γαμοῦσα. θέλει δὲ εἰπεῖν, ἄρα τοιοῦτον ἔργον ποιήσασα;

οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτῆς ἔλεγε, ἐπεὶ εἶπεν ἂν γαμουμένη, ἀλλὰ τὸν Ἰάσονος λόγον ἐφ' ἑαυτῆς μετέστρεψεν. γαμεῖ μὲν γὰρ ὁ ἀνὴρ, γαμεῖται δὲ ἡ γυνή. ELM.

608. Καὶ σοῖς ἀραία γ' οὖσα τυγχάνω δόμοις] Active sumendum ἀραία. Ita noster Iph. T. 774. κόμισαί μ' ἐς Ἄργος, ὦ ξύναιμε, πρὶν θανεῖν, | ἐκ βαρβάρου γῆς, καὶ μετάστησον θεᾶς | σφαγίων, ἐφ' οἷσι ξενοφόνους τιμὰς ἔχω, | ἢ σοῖς ἀραία δώμασιν γενήσομαι. Sophocles Œd. T. 1290. ὡς ἐκ χθονὸς ῥίψων ἑαυτὸν, οὐδ' ἔτι | μενῶν δόμοις ἀραῖος, ὡς ἠράσατο. Trach. 1203. εἰ δὲ μὴ, μενῶ σ' ἐγὼ, | καὶ νέρθεν ὢν, ἀραῖος εἰς ἀεὶ βαρύς. ELM.

609. Ὡς οὐ κρινοῦμαι τῶνδέ σοι τὰ πλείονα] Ὡς fortiter affirmantis est, ut ἴσθι ὡς. Noster Phœn. 727. Ὡς οὐ καθέξω τειχέων εἴσω στρατόν. Eadem particulæ significatio ibid. 1658. Ὡς οὔτις ἀμφὶ τῷδ' ὑγρὰν θήσει κόνιν. Hec. 400. Ὡς τῆσδ' ἑκοῦσα παιδὸς οὐ μεθήσομαι. Andr. 254. Ὡς τοῦτ' ἄραρε, κοὐ μενῶ πόσιν μολεῖν. Ibid. 588. Ὡς τήνδ' ἀπάξεις οὔποτ' ἐξ ἐμῆς χερός. Sophocles Œd. C. 861. Ὡς τοῦτο νῦν πεπράξεται, | ἢν μή μ' ὁ κραίνων τῆσδε γῆς ἀπειργάθῃ. Aj. 39. Ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι. Ibid. 98. Ὡς (vulgo ὥσθ') οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι. ELM.

Schol. Οὐ κρινοῦμαι: ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀποκρινοῦμαι περὶ τῶν τοιούτων οὐδὲν πρὸς σὲ, μεθίημι δὲ τούτων τὰ πολλά. Male. Κρινοῦμαι *litigabo* significat, ut recte a Porto aliisque explicatum est. Aristophanes Nub. 66. τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ', εἶτα τῷ χρόνῳ | κοινῇ ξυνέβημεν, καθέμεθα Φειδιππίδην. ELM.

610. σαυτῇ φυγῆς Lasc. et aliquot codd. Plerique σαυτῆς φυγῇ. In Ald. σαυτῇ φυγῇ.

618. κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει] Hunc versum imitatum esse Sophoclem Aj. 665. ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα Clementis Al. opinio est Strom. 6. p. 740. Non tanta est utriusque poetæ verborum similitudo ut alter alterum imitatus esse videatur.

625. ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται] Hac formula Aristoph. utitur Plut. 114.

628. Ab ἐλθόντες novum versum incipit Ald.

629. οὐδ'—ἔλθοι] Hæc in unum versum sunt conjungenda, qui ex duobus constat trimetris dactylicis catalecticis in disyllabum.

630. εἰ δ' ἅλις ἔλθοι | Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς εὔχαρις οὕτω]

Noster Hel. 1111. εἰ δ' ἦσθα μετρία, τἆλλά γ' ἡδίστη θεῶν | πέφυκας ἀνθρώποισιν. οὐκ ἄλλως λέγω. ELM.

631. Κύπρις— | εὔχαρις— | μή— | χρυσέων—ἐφίης Ald. οὕτω] οὕτως A. et quinque alii.

633. τόξων] Arcum et sagittas Veneri tribuit poeta, cognata Veneris et Amoris numina confundens.

ἐφείης] ἐφίης Ald. et pars codicum cum Eustath. p. 568, 24.

634. οἰστόν Porsonus. Libri, ut solent, ὀϊστόν.

635. στέργοι] στέργει Ald. et aliquot codd.

636. μηδέ ποτ' (libri μηδέποτ')—νείκη] Unus versus.

640. προσβάλοι δεινὰ A. et septem alii codd. Aliorum librorum vitia sunt προσβάλοιμι δεινὰ, προσβάλοιμ' ὦ δεινὰ (ut Ald.), προσβάλλοιμ' ὦ δεινά. Prope a vero abest Lasc. προσβάλλοι δεινά.

ἀπτολέμους] ἀπολέμους Ald. et codd. nonnulli.

642. κρίνοι] κρίνει Ald. κρῖναι scholiasta.

645—650. τὸν — | δυσπέρατον — | οἰκτροτάτων — | θανάτῳ— | ἁμέραν— | οὐκ— | ἢ—στέρεσθαι Ald.

645. ἀμαχανίας Elmsleius. ἀμηχανίας libri.

649—651. ἁμέραν—στέρεσθαι] Hæc in unum versum conjungenda, et in antistropho 660—662. μὴ φίλους—ἔσται.

649. ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσασα] πρὶν ἁμέραν τάνδ' ἐξανύσαι A. a correctore, ex glossemate.

650. μόχθων δ'] δ' om. aliquot codd.

651. πατρίας] πατρῴας A.

657. ᾤκτειρεν] Scribendum ᾤκτισεν cum Musgravio. Neque enim credibile est ᾤκτειρεν scribere maluisse poetam quam ᾤκτισεν, quod versui strophico accurate respondet.

658. δεινότατον] δεινότατα codices plerique.

659. πάρεστι—ἀνοίξαντα—ἐμοὶ μὲν A.B. aliique. Vulgo παρέσται—ἀνοίξαντι—κἀμοί.

664. φίλους] φίλοις A. et Ald.

666. ἐπιστροφᾷ Ald. Lasc. ἐπιστρωφᾷ A.E. [aliique] quod et analogia postulat. A νέμω enim νωμᾶν, a στρέφω στρωφᾶν, a τρέπω τρωπᾶν formant Græci. Solum πέτομαι, quantum scio, et ποτᾶσθαι et πωτᾶσθαι facit. POR.

668. ἐστάλης] ἱκάνεις Ald.

673. οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου] Scholiasta tres memorat uxores Pandionis, primam Melitam, secundam Chalciopen,

tertiam Medeam, oblitus Æthræ Pitthei filiæ, quæ cum Thesei mater fuerit, certe prætermitti non debebat. ELM.

675. *ἄνδρα*] Pro *ἄνθρωπον*. Soph. Œd. C. 566. *ἐπεὶ ἔξοιδ' ἀνὴρ ὤν*. ELM.

συμβαλεῖν] *Intelligere*. Iph. T. 55. *τοὔναρ δ' ὧδε συμβάλλω τόδε*. Or. 1393. *τὰ γὰρ πρὶν οὐκ εὔγνωστα συμβαλοῦσ' ἔχω*. ELM.

676. *μὲν* codices et Lasc. *δ' ἂν* Ald. ex conjectura grammatici, usum particulæ *μὲν* in interrogatione satis pervulgatum ignorantis.

679. Schol. *Ἀσκοῦ με : χρησμὸς ὁ δοθεὶς τῷ Αἰγεῖ οὗτός ἐστιν· Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα ποδεῶνα, φίλτατε λαῶν, | μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι. ἀσκοῦ οὖν τῆς γαστρὸς πόδα δὲ τὸ μόριον, παρόσον ὡς ὁ ποδεὼν τοῦ ἀσκοῦ προέχει. λέγει οὖν ὅτι ἔχρησέ μοι μὴ συνελθεῖν ἑταίρᾳ πρὶν ἐπιβῆναι τῆς πατρίδος. τοῦτο γὰρ αἰνίττεται, ὅπερ αὐτὸς οὐ συνίησιν. ἀσκὸν τοίνυν λέγει τὸν περὶ τὴν γαστέρα τόπον Ἀρχίλοχος· καὶ πεσεῖν δρήστην ἐπ' ἀσκὸν, μηρούς τε μηροῖς δρήστην λέγων, οἷον δράσαντά τι. ποδεῶνα δὲ εἰώθασι λέγειν τὸ τοῦ ἀνδρὸς αἰδοῖον*. Ed. Ven. *χρησμὸς δοθεὶς—ἀφικέσθαι αὐτοῦ οὖν τῆς γαστρὸς—ἑτέρα πρὶν ἀποβῆναι—τόπον. ἀρχίλοχος—οἷα*. Plutarchus Theseo p. 2 C. oraculum Ægeo redditum his verbis exhibet: *Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν, | μὴ λύσῃς, πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν εἰσαφικέσθαι*. Tzetzes ad Lycophronem v. 494. *Ἀσκοῦ τὸν προύχοντα ποδάονα, φέρτατε λαῶν, | μὴ λύσῃς, πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι*. Muretus Var. Lect. 3. 14. *Τὸν προύχοντ' ἀσκοῦ ποδεῶν', ὦ φίλτατε λαῶν, | μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι*. Id est, eo interprete, *Ne solvas ex utre pedem qui prominet, ante | Cecropiæ pingues quam sis delatus in agros*. Quid proprio sensu sit *ἀσκοῦ ποδεὼν* declarat Herodotus 2. 121. 4. *ὄνους κατασκευασάμενον, καὶ ἀσκοὺς πλήσαντα οἴνου, ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων, καὶ ἔπειτα ἐλαύνειν αὐτούς· ὡς δὲ κατὰ τοὺς φυλάσσοντας ἦν τὸν κρεμάμενον νέκυν, ἐπίσπασαντα τῶν ἀσκῶν δύο ἢ τρεῖς, ποδεῶνας αὐτὸν λύειν ἐπαμμένους· ὡς δὲ ἔρρεε ὁ οἶνος*, &c. Quo loco utitur P. Leopardus Emendat. 7. 13. ELM.

680. *Πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τίν' ἐξίκῃ χθόνα;*] Eodem modo Ajacem interpellat Minerva apud Sophoclem Aj. 107. *Πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ τί κερδάνῃς πλέον;* ELM.

685. *Τούτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω*] Non Pittheum sed ipsam Medeam consultum venit Ægeus apud Neophronem.

Schol. ad v. 649. Νεόφρων δὲ εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι πρὸς Μήδειαν, ἕνεκα τοῦ σαφισθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μηδείας, γράφων οὕτως· Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν. | σοῦ πρίν. θείαν γὰρ ὄσσαν ἥν ἔχρησέ μοι | Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχάνως, | οὐδ' εἰς λόγους μολεῖν γὰρ ἤλπιζον μαθεῖν. Neophronis versus ita correxit Valckenarius ad Phœn. 709. Καὶ γάρ τιν' αὐτὸς ἤλυθον λύσιν μαθεῖν | σοῦ. Πυθίαν γὰρ ὄσσαν, ἥν ἔχρησέ μοι | Φοίβου πρόμαντις, συμβαλεῖν ἀμηχανῶ. | σοὶ δ' εἰς λόγους μολὼν ἄρ' (Porsonus μολών γ' ἂν) ἤλπιζον μαθεῖν. ELM.

686. ἀνὴρ] Libri ἀνήρ.

687. κἄμοιγε Porsonus. κάμοί γε codices plerique. Pauci κἀμοὶ δὲ cum Ald.

δορυξένων] Schol. Δορυξένων: οἱ κατὰ τὸν πόλεμον πρὸς ἀλλήλους φιλίαν πεποιηκότες, ὡς Γλαῦκος καὶ Διομήδης. Sophocles El. 45. ὁ γὰρ | μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξένων. Vera mihi videtur Brunckii sententia, δορυξένους apud tragicos esse simpliciter ξένους. ELM.

695. ἦ γὰρ Elmsleius. Legebatur ἤ που, consentiente Chr. Pat. 143.

699. ἴτω νυν. Gl. in Par. A. ἐρρέτω, vereor ut recte. Vertit Buchananus, *Valeat, malitia si modo est quam prædicas.* Sensus est, μὴ φροντίσῃς αὐτοῦ. Nostri, *let him go.* Euripides Or. 1531. Μενέλεων δ' οὐ τάρβος ἡμῖν ἀναλαβεῖν εἴσω ξίφους, | ἀλλ' ἴτω ξανθοῖς ἐπ' ὤμων βοστρύχοις γαυρούμενος. Eodem sensu nostri, *let him come.* ELM.

703. μὲν om. Rom. A.D.E.H. et Flor. 10. 15.

τἄρ' male excusum pro γὰρ. In H. γὰρ ἄν.

705. πρὸς τοῦ; τόδ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν] Sic omnes Rom. nisi quod D. αὖ κακὸν λέγεις habet. Lasc. πρὸς τοῦτο δ' ἄλλο καινὸν αὖ λέγεις κακόν. Par. A. καινὸν ἀγγέλλεις κακόν, quod admisit Brunckius. Pseudogregorius v. 137. πρὸς τοῦτο δ' ἄλλο καινὸν ἀγγελεῖς κακόν; Porsonus αὖ λέγεις revocavit, collato Or. 788. ΟΡ. Κεῖνό μοι μόνον πρόσαντες. ΠΥ. Τί τόδε καινὸν αὖ λέγεις; Hic etiam fuerunt qui ἀγγελεῖς legerent. ELM.

706. φυγάδα τῆσδ' ἔξω χθονός] Rom. A.D.E. Flor. Lasc. Par. A.B. Put. [aliique] φυγάδα γῆς Κορινθίας. Rom. C. φυγάδα τῆσδε γῆς Κορινθίας, eodem errore quo Rom. A. τῆσδε γῆς ἀποστέλλεις supra v. 276. Rom. B. τῆσδε γῆς Κορινθίας, omisso φυγάδα. Alii, ut videtur, servato φυγάδα, verba τῆσδε γῆς Ko-

ῥινθίας metri caussa in τῆσδ' ἔξω χθονὸς mutarunt, quod edidit Aldus. ELM.

708. καρτερεῖν Ald. καρδίᾳ pro var. lect. Rom. A. Par. D. Schol. Καρτερεῖν: ἀντὶ τοῦ κρατεῖν καὶ ἀντέχειν. καὶ τὸν ἐγκρατῆ λέγουσι καρτερόν. Ἀρχίλοχος· ὁ δ' Ἀσίη τε καρτερὸς μηλοτρόφος. φησὶν ὅτι τῷ λόγῳ μὲν προσποιεῖται, τῷ δὲ ἔργῳ οὐ θέλει κρατεῖν καὶ ἀντέχειν. Grammaticus igitur legisse videtur: Λόγῳ μὲν, οὐχὶ καρτερεῖν δὲ βούλεται. Vulgata sanissima mihi videtur. Καρτερεῖν *tolerare* significat, id est, *injuriam mihi a Creonte illatam æquo animo sustinere*. Noster Alc. 1074. χρὴ δ', ὅστις εἶ σὺ, καρτερεῖν θεοῦ δόσιν. Ibid. 1081. Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν. ELM. Quæ ex parte tantum vera sunt. Nam καρτερεῖν est quidem *æquo animo aliquid sustinere*, sed, *quod ipsi* τῷ καρτεροῦντι, non alii, *injucundum, grave, odiosum est.* Si hoc loco verum esset καρτερεῖν, significaretur, ipsi Jasoni Medeæ exsilium grave accidisse, quod longe secus est. MATTH.

710. τῶν om. codd. multi.

Lasc. Par. A.B.D. In Rom. A. supra scriptum γρ. δέ τι. Rom. C. παῦρον δέ τι γένος. Deinde omnes, ut videtur, aut ἐν πολλαῖς aut ἐμπολλαῖς. Illud habent Rom. A.B. Lasc. hoc Rom. C. In Ald. ἐν πολλαῖσιν. Reiskius, παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖσιν | εὕροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Porsonus, παῦρον γὰρ δὴ γένος ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Equidem Reiskio assentior, reponendum esse δὲ, propter superiora verba πάσαισι μὲν οὔ. Ita Sophocles Ant. 255. ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ· | λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις. Phil. 545. ἐπείπερ ἀντέκυρσα, δοξάζων μὲν οὔ· | τύχῃ δέ πως εἰς ταυτὸν ὁρμισθεὶς πέδον. El. 905. καὶ χερσὶ βαστάσασα, δυσφημῶ μὲν οὔ· | χαρᾷ δὲ πίμπλημ' εὐθὺς ὄμμα δακρύων. Ibid. 1036. Ἀτιμίας μὲν οὔ, προμηθείας δέ σου. Si codex ἀρχέτυπος hujus fabulæ superesset, non is quidem quem histrionibus ediscendum dedit poeta, sed is qui annis octingentis aut nongentis post Christum natum in alicujus monasterii angulo repertus est, parum dubito quin in eo legeretur, παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖς. Quam scripturam alii aliter majore studio quam successu emendare conati sunt. Quid multa? Scripsit Euripides, παῦρον δὲ γένος (μίαν ἐν πολλαῖς | εὕροις ἂν ἴσως) | οὐκ ἀπόμουσον τὸ γυναικῶν. Μίαν inserendum patet ex Heracl. 328. ἕνα γὰρ ἐν πολλοῖς ἴσως | εὕροις ἄν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Ex scholiastæ verbis, οὐ πάσαις, ἀλλ' ὀλίγαις, ὧν οὖσα μία καὶ αὐτὴ τυγχάνω, eum μίαν in exemplari suo habuisse erit fortasse qui suspicetur. ELM. Verissima mihi nunc videtur emendatio Elmsleii qui recte animadvertit antiqui codicis scripturam fuisse παῦρον δὲ γένος ἐν πολλαῖς: cui δή, usitatissima correctoribus metricis particula, addita est ab librario, iambum pro anapæsto admittente de more recentiorum metricorum, quem tetigi ad Soph. Antig. 155. p. 191. Conf. ad Iphig. A. 603.

1094. μὲν Porsonus. μέντ' libri. μέν γ' Reiskius: quo non opus. Sic in Hippol. 188. τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν dictum pro usitato τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἁπλοῦν.

ἀπειροσύναν] Scribendum ἀπειροσύνην ex Rom. B.C, in quibus supra scriptum αν.

1098. οἷσι] οἷσιν Rom. C. et Lasc.

1099. βλάστημ'] βλάστιμ' Rom. B, non A, licet in eo adscriptum sit τὰ βλάστιμα δι' ἰῶτα. καὶ ἔστιν ἡ εὐθεῖα τὸ βλάστιμον.

ἐσορῶ] *ὁρῶ* A.B.

1101. *θρέψουσι*] *θρέψωσι* Rom. A.B. *ἂν θρέψωσι* Rom. C. ELM.

1103. *ἐπὶ φαύλοις* Par. A. *εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς, εἴτ' ἐπὶ φαύλοις* Flor. 2. quod legisse videtur paraphrastes ad v. 1070—1105. *οὐκ εἰδότες πότερον χρηστοῖς οὖσι τοῖς παισὶν ἢ πονηροῖς.* Post *φλαύροις* Havn. addit *κακοῖς*, e glossa, ut videtur. MATTH.

1107. *καὶ δὴ γὰρ—ηὗρον*] *Fac eos nactos esse.*

θ' om. Ald.

εὗρον] Scribendum *ηὗρον*.

1108. *σῶμά τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων*] Ald. [et Flor. 15.] *σώματά τ' εἰς ἥβην ἦλθε τέκνων.* Rom. C. *σώματ' εἰς ἥβην ἦλθε τέκνων.* Rom. B. Lasc. *σώματ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων.* Rom. A. Par. A. Mag. *σῶμά* (Rom. A. *σῶμα*) *τ' ἐς ἥβην ἤλυθε τέκνων.* Cott. etiam *ἤλυθε*. *Σῶμα* an *σώματα* dicatur, nihil sententiæ refert. Noster Phœn. 1368. *ἐπεὶ δὲ χαλκέοις σῶμ' ἐκοσμήσανθ' ὅπλοις | οἱ τοῦ γέροντος Οἰδίπου νεανίαι.* Suppl. 61. *ἐμάν τ' εἰς χέρα θεῖναι | νεκύων θαλερῶν σῶμα ταλαίνας ἄταφον.* Vulgo *σώματα λάϊνον τάφον.* Ordo est, *ἐμάν τ' εἰς χέρα ταλαίνας* &c. Herc. 702. *χρόνος γὰρ ἤδη δαρὸς, ἐξ ὅτου πέπλοις | κοσμεῖσθε σῶμα, καὶ νεκρῶν ἀγάλμασιν.* Similiter *τέκνων δέμας* Suppl. 273. Aoristum *ἤλυθον* etiam in senariis usurpant tragici. Euripides Tro. 374. *ἐπεὶ δ' ἐπ' ἀκτὰς ἤλυθον Σκαμανδρίους.* El. 598. *σὺ δ', ὦ γεραιὲ (καίριος γὰρ ἤλυθες), | λέξον, τί δρῶν ἂν φονέα τισαίμην πατρός.* Incertus Rhes. 660. *ὧν οὕνεκ' εὐνὰς ἤλυθον πρὸς Ἕκτορος.* ELM. Nunc mihi verum videtur *ἦλθεν τέκνων.* Conf. quæ ad Hec. 94. dixi.

1109. *χρηστοί τ' ἐγένοντ'. εἰ δὲ κυρήσει | δαίμων, οὗτος φροῦδος ἐς Ἀΐδαν | θάνατος προφέρων σώματα τέκνων*] Rom. A.B. *κυρήσας.* Gl. in A. a pr. m. *κατὰ συγκύρειαν ἔλθῃ.* In eodem supra scriptum *αι* ab altera manu cum gl. *τύχοι συμβῇ.* Rom. C. *κυρῆσαι τύχῃ συμβαίῃ.* Lasc. Mag. *κυρῆσαι.* Deinde tres Rom. *οὗτος* ut vulgo. Sed in A. supra scriptum *γρ. οὕτως.* Legi posset *κυρῆσαι*, sed præstat *κυρήσει*, quod agnoscit schol. *εἰ δὲ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων, φθάσας ὁ δαίμων πρὶν ὄνασθαι τῶν ἀγαθῶν τούτους ἁρπάσει, πῶς ἔτι λυσιτελεῖ* &c. Hic tamen minus recte *κυρήσει* et *προφέρων* conjungit. Rectius alii *κυρήσει* absolute sumunt, pleneque post *τέκνων* distinguunt. Recte etiam Reiskius *οὗτος* cum *δαίμων* conjungendum monet. Ver-

borum igitur εἰ δὲ κυρήσει δαίμων οὗτος sensus est *si tamen ea fortuna eveniat.* ELM. Recepi κυρήσας ex A.

1110. ἐς Ἅιδην Elmsleius. Libri partim ἐς Ἀΐδαν, partim εἰς Ἀΐδην.

1113. τήνδ' ἔτι] τήνδ' ἐπὶ Rom. A.B.C. et Flor. 10. 15. τὴνδ' ἐπὶ, adscripto tamen in A. γρ. τήνδ' ἔτι.

1116. δὴ Flor. 10. 15. τε δὴ Flor. alius. πάλαι δὴ Æschylus Prom. 977. Soph. Œd. C. 1627. Phil. 807. Eurip. Palam. fr. 8. Aristoph. Av. 922. Xenoph. Cyrop. 8, 7, 1. Quæ exempla indicavit Elmsleius.

1118. καὶ δὴ] καί τοι Rom. C. et Ald. cum Chr. Pat. 123.

1119. δ' Hermannus. τ' libri.

1120. δείκνυσιν] δείκνυσι δ' Flor. tres cum Ald. et Chr. Pat. 126.

1121. παράνομον Rom. B. (non A.) et H. Legebatur παρανόμως.

1122. Recte hæc interpretatur scholiastes: Λιποῦσ' ἀπήνην: καταχρηστικῶς νῦν τὴν ναῦν ἀπήνην ὠνόμασεν. ἀπήνη γὰρ κυρίως ἡ ἅμαξα. ὄχον δὲ λέγει τὸ ὄχημα. ὁ δὲ νοῦς, εἴτε διὰ νεὼς, εἴτε δι' ὀχήματος, εἴθ' ὁπωσοῦν φεῦγε. Navem ναΐαν ἀπήνην appellavit noster, πολύκωπον ὄχημα ναὸς Sophocles Trach. 658. Ita Æschylus Prom. 466. θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ | λινόπτερ' εὗρε ναυτίλων ὀχήματα. ELM. λιποῦσα hoc sensu dicit, *nulla qua potiri potes effugiendi opportunitate omissa.*

1129. τί φής; φρονεῖς μὲν ὀρθὰ, κοὐ μαίνῃ, γύναι] Schol. Τί φής; φρονεῖς μέν: πῶς, φησὶν, εἶπας τοῦτο; ὅτι μὲν γὰρ κατὰ φύσιν φρονεῖς καὶ οὐκ ἐξέστησας (leg. ἐξέστηκας) δῆλον. θαυμάζω δὲ πῶς οὐκ ἀγωνιᾷς, ἀκούσασα τὸν βασιλικὸν οἶκον διεφθάρθαι ὑπὸ τῶν σῶν φαρμάκων. ἢ κατ' ἐρώτησιν διενεκτέον τὸν λόγον. πῶς εἶπας τοῦτο; πῶς οὐχὶ μαίνεσθαί σε καὶ παραφρονεῖν ἄν τις νομίσειε, οὐκ ἀγωνιῶσαν ἐπὶ τούτῳ; ἵνα ὁ μὲν παρέλκῃ. Recte vulgo κατ' ἐρώτησιν hæc verba proferuntur. Ita noster Ion. 520. Εὖ φρονεῖς μὲν, ἤ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλάβη; Sic etiam ὑγιαίνεις μὲν, *sanusne es,* Aristophanes Av. 1214. Μὲν interrogativum legitur etiam supra v. 659. Θέμις μὲν ἡμᾶς χρησμὸν εἰδέναι θεοῦ; ELM.

1130. τυράννων] Rom. B. τύραννον, quod supra scriptum habet etiam A. Deinde Rom. C. ἑστίαν. Rom. A.B. Flor. Par. A. οἰκίαν. Hinc oriuntur quatuor scripturæ diversitates, τύραννον οἰκίαν, τύραννον ἑστίαν, τυράννων οἰκίαν, τυράννων

ἑστίαν, quarum nulla prorsus mala est. Sed οἰκίαν interpretationem sapit, ideoque vulgato ἑστίαν certissime posthabendum est. ELM.

ἠκισμένην] ἠκισμένη Rom. C. Flor. tres, H. et Ald.

1132. τοῖς γε] τοῖσδε Lasc.

1133. ἀλλὰ μὴ σπέρχου, φίλος] Schol. ἀλλὰ τέως μὴ σπεῦδε καὶ ἐπιχειρεῖν. Ultima vox corrupta est. [Scrib. ἐπιχείρει.] Σπέρχου autem hic potius ὀργίζου quam σπεῦδε significare videtur. Herodotus 1, 32. Σόλων μὲν δὴ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνεμε τούτοις. Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς, εἶπε, &c. Gl. ταραχθεὶς, θυμωθείς. 5. 33. πυθόμενος δὲ, κάρτα δεινὸν ἐποιήσατο ὁ Μεγαβάτης, καὶ ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ. *Succensuit* vertit Wesselingius. Plura dabunt lexica. ELM.

Φίλος ironice, ut apud Homerum Il. Φ. 106. ἀλλὰ φίλος, θάνε καὶ σύ. τιὴ ὀλοφύρεαι αὔτως; ELM,

1134. δ᾽ ὅπως] δὲ πῶς Rom. C. Flor. 2. et Ald.

1137. παρῆλθε] Id est εἰσῆλθε. Hippol. 108. χωρεῖτ᾽ ὀπαδοὶ καὶ παρελθόντες δόμους σίτων μέλεσθε. ELM.

1141. κυνεῖ Brunckius. κύνει libri.

1144. δέσποινα δ᾽, ἣν νῦν ἀντὶ σοῦ θαυμάζομεν] Nostri, *to whom we now look up*. Noster Iph. T. 1214. ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. El. 84. μόνος δ᾽ Ὀρέστην τόνδ᾽ ἐθαύμαζες φίλων. ELM.

1145. πρὶν μὲν τέκνων σῶν εἰσιδεῖν ξυνωρίδα] Noster Phœn. 1092. Ζῇ σοι ξυνωρὶς εἰς τόδ᾽ ἡμέρας τέκνων. Metaphora a curru ducta, ut ζεῦγος ab aratro. ELM.

1147. ἔπειτα μέντοι προὐκαλύψατ᾽ ὄμματα] Notandum ἔπειτα μέντοι præcedente μέν. Similiter Sophocles Phil. 350. μάλιστα μὲν δὴ τοῦ θανόντος ἱμέρῳ, | ὅπως ἴδοιμ᾽ ἄθαπτον. οὐ γὰρ εἰδόμην. | ἔπειτα μέντοι χὠ λόγος καλὸς προσῆν, &c. ELM.

1150. ὀργὰς] ὀργάς τ᾽ Rom. C. et Ald.

νεάνιδος χόλον] χόλον νεάνιδος Rom. C. et Ald.

1151. οὐ μὴ] Scholiasta, αἱ δύο ἀρνήσεις ἀντὶ μιᾶς κεῖνται· τουτέστι μὴ δυσμενὴς τοῖς φίλοις ἔσο, ἀλλὰ παῦσαι θυμοῦ καὶ ἐπίστρεψον πρὸς αὐτοὺς τὰς ὄψεις. Æschylus Theb. 256. Οὐ σῖγα μηδὲν τῶνδ᾽ ἐρεῖς κατὰ πτόλιν; Sophocles Trach. 980. Οὐ μὴ ᾽ξεγερεῖς τὸν ὕπνῳ κάτοχον, | κἀκκινήσεις, κἀναστήσεις | φοιτάδα δεινὴν νόσον, ὦ τέκνον. Euripides Hipp. 213. οὐ μὴ παρ᾽ ὄχλῳ τάδε γηρύσει, | μανίας ἔποχον ῥίπτουσα λόγον; Ibid. 606. Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, μηδ᾽ ἅψει πέπλων; Andr. 758. Οὐ μὴ γυναικῶν

δειλὸν εἰσοίσεις λόγον; Suppl. 1066. *Ὦ θύγατερ, οὐ μὴ μῦθον εἰς πολλοὺς ἐρεῖς*; Bacch. 343. *Οὐ μὴ προσοίσεις χεῖρα, βακχεύσεις δ' ἰὼν, | μηδ' ἐξομόρξει μωρίαν τὴν σὴν ἐμοί*; Ibid. 791. *Οὐ μὴ φρενώσεις μ', ἀλλὰ δέσμιος φυγὼν, | σώσει τόδ', ἢ σοι πάλιν ἀναστρέψω δίκην*; El. 383. *οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων | πληρεῖς πλανᾶσθε, τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς | κρινεῖτε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς*; Ibid. 982. *Οὐ μὴ κακισθεὶς εἰς ἀνανδρίαν πεσεῖ*; Aristophanes Ach. 165. *οὐ μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις*; Nub. 295. *οὐ μὴ σκώψεις, μηδὲ ποιήσεις, ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι;—ἀλλ' εὐφήμει.* Ibid. 366. *Ποῖος Ζεύς*; *οὐ μὴ ληρήσεις*; Ibid. 505. *Οὐ μὴ λαλήσεις, ἀλλ' ἀκολουθήσεις ἐμοὶ, | ἀνύσας τι, δευρὶ θᾶττον*; Vesp. 396. *Ὦ μιάρ' ἀνδρῶν, τί ποιεῖς*; *οὐ μὴ καταβήσει*; Thesm. 1119. *Οὐκὶ μὴ λάλησι σύ*; Ran. 300. *Οὐ μὴ καλεῖς, | ἄνθρωφ', ἱκετεύω, μηδὲ κατερεῖς τοὔνομα*; Ibid. 465. *Οὐ μὴ διατρίψεις, ἀλλὰ γεύσει τῆς θύρας, | καθ' Ἡρακλέα τὸ σχῆμα καὶ τὸ λῆμ' ἔχων*; Ibid. 527. *Οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων, ὦ Ξανθία, | ἀλλ' ἀράμενος οἴσεις πάλιν τὰ στρώματα*[e]; Ratio hujus constructionis talis esse videtur. Nemo nescit *οὐ μενεῖς* cum interrogatione idem significare quod *μένε* vel *μεῖνον*. Nostra etiam lingua eo sensu dicitur, *Will you not stay?* Græce vero non solum *οὐ μενεῖς* dicitur, sed etiam *οὐ μὴ μενεῖς* contrario sensu. Hoc enim *μὴ μένε* vel *μὴ μείνῃς* significat. Hunc quidem futuri usum nostra lingua nescit. Non enim dicere licet, *Will you not not stay?* Hoc exemplo tamen facile intelligitur, qua ratione Græci, qui particulas *οὐ* et *μὴ* sæpe ita conjungunt, ut altera alterius vim non tollat, *οὐ μὴ μενεῖς* eodem sensu dixerint, quo *οὐκ ἄπει, non abibis?* *Μὴ μένειν* enim valet *ἀπιέναι*. Simili ratione Jasonis verba *οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσει φίλοις* accipienda sunt quasi dixerit *οὐκ εὐμενὴς ἔσει φίλοις*. A particula negativa *μὴ* non pendent nisi tria verba *δυσμενὴς ἔσει φίλοις*: ab *οὐ* vero tota sententia, quam interrogationis nota primus terminavi. Hinc est quod quæ sequuntur futura, *παύσει, στρέψεις, δέξει, παραιτήσει*, omnia jubendi sensum habent. In verbis *παύσει δὲ θυμοῦ*, idem valet *δὲ* quod *ἀλλὰ* in superiorum exemplorum nonnullis. Quod si *καὶ παύσει θυμοῦ* dixisset Jason, sensus omnino contrarius esset. Particula enim *καὶ* non prioris tantum sed utriusque negativæ vim sequentibus verbis continuat.

[e] Ibid. 620. ΞΑ. *Οὐκ ἐς κόρακας*; *μὴ πρόσιτον*. ΑΙ. *Εἶεν. καὶ μάχει.* Malim, *Οὐκ ἐς κόρακας*: *οὐ μὴ πρόσιτον*; Ita Ach. 165. *οὐ μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις*; Hæc conjectura si vera est, fortasse delendum *καί*. ELM.

Vide exemplum quod ex Sophoclis Trachiniis attuli. Præter hoc exemplum, dignum observatu est quod legitur apud Euripidem Bacch. 791. Cujus sententiæ primum membrum vetat, secundum jubet, tertium iterum vetat. ELM. Quem ego secutus ubique interrogandi signum posui post *οὐ μὴ* cum futuro constructum.

1158. *παῖδας*] *τέκνα* Rom. A.B.

1159. *ἠμπίσχετο* H. a pr. m. Scribebatur *ἠμπέσχετο*.

ἠμπέσχετο] Portus, *ἠμπίσχετο potius videtur legendum ab ἀμπίσχομαι, ἐκ τοῦ ἀμφὶ καὶ ἴσχομαι.* Ego quoque *ἠμπίσχετο* legendum puto, non quidem *ἠμπ-ίσχετο*, quæ Porti sententia fuisse videtur, sed *ἠμπί-σχετο*. Illud præteritum imperfectum est ab *ἀμπίσχω*, hoc aoristus ab *ἀμπέχω*. Suspicor enim hoc verbum augmentum in medio non recipere. Vulgo quidem legitur apud Aristophanem Thesm. 164. *καὶ Φρυνίχος (τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήκοας) | αὐτός τε καλὸς ἦν καὶ καλῶς ἠμπέσχετο.* Sed etiam si nostro loco recte legeretur *ἠμπέσχετο*, apud Aristophanem reponendum esset præteritum imperfectum. Sensus enim est *καλοῖς εἱματίοις ἐχρῆτο*, non *ἐχρήσατο*. Nostro loco excepto, apud Atticos poetas pro aoristo semper legitur *ἤμπισχον*. Euripides Ion. 1177. *τοίχοισιν δ' ἐπὶ | ἤμπισχεν ἄλλα βαρβάρων ὑφάσματα.* Hoc *ἤμπισχεν* respondet aoristo *ἤνεγκεν* v. 1164. Tragicus apud Plutarchum Sympos. 2. 1. p. 632 E. *ὅς με ῥάκη τ' ἤμπισχε, κἀξηνάγκασε | πτωχὸν γενέσθαι καὶ δόμων ἀνάστατον.* Aristophanes Eq. 889. *Καὶ τοῦτό γ' ἐπίτηδές σε περιήμπισχεν, ἵν' ἀποπνίξῃ.* Lys. 1159. *κἠλευθέρωσαν, κἀντὶ τῆς κατωνάκης, | τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἤμπισχον πάλιν.* Eccl. 536. *ἔπειθ' ἵν' ἀλεαίνοιμι, τοῦτ' ἠμπισχόμην.* Ubi *ἠμπεσχόμην* Lexicon Seguerianum apud Bekkerum p. 381. In his omnibus, et si qua alia ejusdem generis occurrunt, sententiæ multo convenientior est aoristus quam præteritum imperfectum. Euripides Iph. A. 1438. *Μήτ' οὖν σὺ τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς τριχὸς, | μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους.* Hunc aoristi subjunctivum esse liquet ex constructione, quam tetigi ad *ἀνασχεθεῖν* v. 995. Contra *ἠμπίσχετο* præteritum imperfectum est apud Platonem Phædone p. 87 B. *ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ ὁμοίως λέγεσθαι ταῦτα, ὥσπερ ἂν τις περὶ ἀνθρώπου ὑφάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἀπόλωλεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστι που ἴσως· τεκμήριον δὲ παρέχοιτο θοιμάτιον ὃ ἠμπίσχετο αὐτὸς ὑφηνάμενος, ὅτι ἔστι σῶν, καὶ οὐκ ἀπόλωλε.* Sed *ἠμπείχετο*

præbent non solum scripti codices apud Wyttenbachium, verum etiam membranæ Bodleianæ, in quibus supra scriptum ισ a recentiore manu. Suspicor Platonem aut ἠμπίσχετο aut ἠμπέχετο scripsisse. Verbum ejusdem fere significationis ἀμφιέννυμι non nisi in initio augmentum accipit. Xenophon Pæd. 1. 3, 17. παῖς μέγας, μικρὸν ἔχων χιτῶνα, ἕτερον παῖδα μικρὸν, μέγαν ἔχοντα χιτῶνα, ἐκδύσας αὐτὸν, τὸν μὲν ἑαυτοῦ ἐκεῖνον ἠμφίεσε, τὸν δὲ ἐκείνου αὐτὸς ἐνέδυ. ELM.

1160. τε θεῖσα] τιθεῖσα Flor. 2. et Ald.

1162. εἰκὼ] εἰκῶ A. a pr. m. et Lasc.

προσγελῶσα] προσβλέπουσα var. lect. ap. scholiastam.

1166. τένοντ' ἐς ὀρθὸν] τένοντας pedum dicit. Noster Bacch. 933. Δι. ζῶναί τέ σοι χαλῶσι κοὐχ ἑξῆς πέπλων | στολίδες ὑπὸ σφυροῖσι τείνουσιν σέθεν. | Πε. κἀμοὶ δοκοῦσι παρά γε δεξιὸν πόδα. | τοὐνθένδε δ' ὀρθῶς παρὰ τένοντ' ἔχει πέπλος. Hoc est παρὰ τὸν ἀριστερὸν πόδα. Vide etiam Phœn. 42. Cycl. 309. ὀρθὸν interpretor ἄκρον. ELM. τένοντα de cervice accipit Musgr., de pedis tendine Elmsleius. Ita esset, *a capite ad pedes usque formam suam oculis lustrans*, quod nos dicimus *vom Kopf bis zu den Füssen*. Sed quod idem ὀρθὸν interpretatur ἄκρον, vellem hunc usum exemplis firmasset. Sin de cervice intelligas, vix credo, hoc dicere voluisse Euripidem, *cervicem ad erectam oculis respiciens*, ut Portus vertit. Haud scio, an τένοντ' ἐς ὀρθόν dictum sit pro τένοντι ὀρθῷ seu ὥστε τένοντα ὀρθὸν ἱστάναι, sicut Iphig. Aul. 939. οὐχ ἅψεται σῆς θυγατρὸς 'Αγαμέμνων ἄναξ, Οὐδ' εἰς ἄκραν χεῖρ', ὥστε προσβαλεῖν πέπλοις, ubi ultima explicationem continent verborum εἰς ἄκραν χεῖρα. Hic vero habitus recta cervice formam suam contemplandi est ornatu superbientium et in eo sibi placentium. MATTH.

1168. λεχρία] λεχρίαν Rom. A.B. Hesychius: Λέχρια. πλάγια. Sic edd. Sed cod. Λεχηρὶ, fortasse pro Λεχήρη. Idem: Λεχρίη. πλαγία. Λέχριον. πλάγιον, λοξόν. Noster Hec. 1024. ἀλίμενόν τις ὡς ἐς ἄντλον πεσὼν | λέχριος, ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας. Sæpius non legitur apud tragicos, neque his locis convenire mihi videtur grammatici interpretatio. Λεχήρη habet Euripides Phœn. 1536. ELM.

1169. τρέμουσα] τρέχουσα Rom. C. et Flor. 2.

1172. Schol. Πανὸς ὀργάς: τὰ πανικὰ δείματα, τουτέστι, τὴν τῶν αἰφνιδίων φόβων καὶ ταραχῶν αἰτίαν τῷ Πανὶ ἀνατιθέασιν·

Noster Hipp. 142. Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα, | εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἑκάτας, | ἢ σεμνῶν Κορυβάντων, | ἢ ματρὸς οὐρείας φοιταλέου. Incertus Rhes. 36. ἀλλ' ἢ Κρονίου Πανὸς τρομερᾷ | μάστιγι φοβεῖ. ELM. Adde Æschyli Suppl. 786.

1173. ἀνωλόλυξε] Gl. ἀντὶ τοῦ ηὔξατο, μετ' εὐχῆς ἐβόησε. Similiter scholiastes ad Aristophanis Pac. 97. ὀλολύζειν interpretatur τὸ μετὰ κραυγῆς εὔχεσθαι. Hesychius: Ὀλολυγή. φωνὴ γυναικῶν, ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι. Plura vide ad Heracl. 782. ELM.

πρίν γ' ὁρᾷ] Πρὶν cum indicativo *donec tandem* significat. Æschylus Prom. 478. οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον, | οὐ χριστὸν, οὐδὲ πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων | χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρίν γ' ἐγὼ σφίσιν | ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων. Sophocles Œd. T. 775. ἠγόμην δ' ἀνὴρ | ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη | τοιάδ' ἐπέστη. Euripides Hec. 132. σπονδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων | ἦσαν ἴσαι πως, πρὶν ὁ ποικιλόφρων, | κόπις, ἡδυλόγος, δημοχαριστὴς | Λαερτιάδης πείθει στρατιὰν, &c. ELM. Adde Iph. A. 489.

κατὰ] Scribendum διὰ ex A. et Flor. tribus.

1174. ἀπὸ (libri ἄπο) κόρας στρέφουσαν] Hoc est κόρας ἀποστρέφουσαν. Monuit Heathius.

1179. συμφοράν] συμφοράς A. et Flor. unus.

1181. ἂν ἕλκων Schæferus. Legebatur ἀνέλκων.

ἐκπλέθρου Reiskius. Libri ἔκπλεθρον. "Πλέθρον non esse *jugerum*, sed sextam stadii partem, id est, centum pedum spatium, nemo ignorat. Designatur igitur spatium temporis, quantum unius stadii cursui faciendo sufficit. Κῶλον autem *crus* sive *pedem* significat, quo sensu κῶλον δεξιὸν dixit noster Phœn. 1421." ELM.

1186. κείμενος πλόκος] Rom. A.B. κείμενος κόσμος. In B. supra scriptum β α, ut sit κόσμος κείμενος. Variam lectionem κόσμος in margine commemorat etiam Havn. MATTH.

1187. παμφάγου] Vox non valde tragica. φαγεῖν enim apud eos non exstat nisi in satyrica fabula. ELM.

1188. δὲ] τε A. et Lasc.

λεπτοὶ] λευκοὶ Flor. tres.

1189. λευκὴν] λεπτὴν A.B. et Flor. tres.

1192. ἀραρότως codices et Lasc. ἀρηρότως Ald.

1194. Rom. B. Par. B. Lasc. δὶς τόσον τ' ἐλάμπετο. Rom. C. δὶς τόσον ἐλάμπετο. Ald. δὶς τόσον δ'. Rom. A. Par. A. δὶς

τόσως (Rom. A. τοσῶς supra scripto τόσον) τ' ἐλάμπετο. Flor. Par. E. Mag. Put. δὶς τόσως ἐλάμπετο. Inter δὶς τόσον et δὶς τόσως parum interesse videtur. Noster supra v. 1103. δὶς τόσον γὰρ ἂν | τέρψειας ἡμᾶς, εἰ τεθνᾶσι παγκάκως. El. 1091. κοὔτ' ἀντιφεύγει, παιδὸς ἀντὶ σοῦ, πόσις, | οὔτ' ἀντ' ἐμοῦ τέθνηκε, δὶς τόσως ἐμὲ | κτείνας ἀδελφῆς ζῶσαν. Incertus Rhes. 159. πατρὸς δὲ καὶ πρὶν εὐκλεᾶ δόμον, | νῦν δὶς τόσως ἔθηκας εὐκλεέστερον. ELM. δὶς τόσως si scribitur omissa copula, μᾶλλον cum ἔσεισε conjungendum erit.

1195. πίτνει Elmsleius. πιτνεῖ libri plerique, pauci πίπτει.

ἐς] ἐπ' Rom. C. Ald. et Chr. Pat. 1086.

1200. Hesychius, πεύκινον δάκρυ: πίσσα.

1201. Ald. Rom. C. γναθμῶν ἀδήλοις φαρμάκοις, ut scholiastes etiam legisse videtur: nam ἀδήλοις φαρμάκοις explicat verbis ὑπὸ τῶν ἀδηλοποιῶν φαρμάκων, quo spectat etiam, quod addit, δοτικῇ δὲ ἀντὶ γενικῆς κέχρηται. Lasc. Paris. E. Cott. γναθμοῖς ἀδήλων φαρμάκων. ἀδήλων etiam Mag. Vict. et Flor. 2. a m. pr. sed correctum ἀδήλοις. Quod nunc editur, habent Flor. A. Par. A.B.D. Rom. A.B. Flor. 10. 15. Havn. MATTH.

1205. προσπίτνει Elmsleius. Libri partim προσπιτνεῖ, partim προσπίπτει.

1206. δέμας] χέρας Rom. C. Flor. 2. Ald.

1207. κυνεῖ Rom. A.B. Vulgo κυνεῖ.

παῖ] σὺ (γρ. παῖ) A.

1208. τίς ὧδ' ἀτ. δαιμόνων σ' ἀπώλεσε Ald. Rom. A. ante corr. τίς σ' ὧδ' ἀτ. δαιμόνων ἀπώλ. Lasc. Paris. A. Rom. B. Pseudogr. 1208. σ' utroque loco habet Rom. A. a corr. Vict. neutro Flor. A. 2. 10. 15. Rom. C. Havn. ἀπώλεσεν tres Florr. MATTH.

1209. τίς τὸν γέροντα τύμβον ὀρφανὸν σέθεν | τίθησιν;] Schol. Τίς τὸν γέροντα: ὠμογέροντα, τὸν πλησίον θανάτου ὄντα. τύμβους δὲ καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τάφου. Noster Heracl. 166. ἢ κακὸν λόγον | κτήσει πρὸς ἀστῶν, εἰ γέροντος οὕνεκα | τύμβου, τὸ μηδὲν ὄντος, ὡς εἰπεῖν ἔπος, | παίδων τε τῶνδ', εἰς ἄντλον ἐμβήσει πόδα. *Alias unico verbo vocant* τυμβογέροντα, inquit Barnesius. Hoc scholiastæ restituendum videtur pro ὠμογέροντα, quod primus addidit Matthiæ. Hesychius: Τυμβογέρων. ἐσχατόγηρως, καὶ παρηγμένος τῇ διανοίᾳ. Quam diversum ab hoc sit ὠμογέρων, idem ostendit grammaticus. ELM.

1215. γόνυ] γρ. δέμας A. Ex versu 1212.

1216. ἀντελάζυτ' Flor. 2. et scholiasta. Vulgo ἀντελάζετ', de quo Elmsleius "Hæc forma non nisi in imperativo apud Atticos exstare videtur. Euripides Or. 452. ἀλλ' ἀντιλάζου καὶ πόνων ἐν τῷ μέρει. Incertus apud Plutarchum de Ira Cohibenda p. 456 B. οὔτοι πρέπει τὸ σχῆμα. τοὺς αὐλοὺς μεθὲς, | καὶ θὤπλα λάζευ, καὶ γνάθους εὐσχημόνει. Nusquam, quod sciam, apud eos legitur λάζυσο. Observatu dignum est, λάζυσθαι nunc activam significationem habere, nunc eam quam vocant mediam. Noster supra v. 926. λάζυσθε φερνὰς τάσδε, παῖδες, εἰς χέρας. Aristophanes Lys. 209. λάζυσθε πᾶσαι τῆς κύλικος, ὦ Λαμπιτοῖ. Apud Euripidem sensus est λάβετε, apud Aristophanem λάβεσθε."

1218. ἀπέσβη Scaliger. ἀπέστη libri. "Grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 422. 'Απέσβη. ἐσβέσθη ἢ ἐπαύσατο, τέθνηκεν. Similia vide apud Hesychium, Photium aliosque v. 'Απέσβη, Ἔσβη, Κατέσβη, &c. Copiose de hoc verbo dixit Ruhnkenius ad Timæi glossam p. 40. 'Απέσβη. τέθνηκεν. Aut 'Απέσβηκε aut ἀπέθανεν scribere debuit grammaticus. Tantum enim interest inter ἀπέσβη et ἀπέσβηκε, quantum inter ἀπέστη et ἀφέστηκε. Apud Platonem legitur ἀπέσβηκε Polit. p. 269 B. διὰ δὲ χρόνου πλῆθος τὰ μὲν αὐτῶν ἀπέσβηκε, τὰ δὲ διεσπαρμένα εἴρηται χωρὶς ἕκαστα ἀπ' ἀλλήλων. Aoristum ἀπέσβη usurpat Euripides Fragm. Inc. 127. ὁ δ' ἄρτι θάλλων σάρκα, διοπετὴς ὅπως | ἀστὴρ, ἀπέσβη, πνεῦμ' ἀφεὶς εἰς αἰθέρα. Sæpius hodie non legitur apud probatos scriptores hoc verbum, quod sophistis magnopere placuisse docent exempla ex eorum libris a Ruhnkenio allata." ELM.

1221. ποθεινὴ δακρύοισι συμφορά] Ut, quod animanti maxime accommodatum est, id ei gratum et acceptum est, ab eoque expetitur, sic ab hac similitudine etiam quod rei inanimæ maxime appositum est et consentaneum, ut materia igni, id ei curæ esse ideoque ab ea appeti dicitur. Iphig. T. 629. κατολοφύρομαί σε τὸν χερνίβων ῥανίσι μελόμενον ῥανίσιν αἱμακταῖς. Hinc quod maxime accommodatum est ad lacrimas excitandas, hoc δακρύοισι μέλειν et ποθεινὸν esse δακρύοις dici potuit. MATTH.

1222. καί μοι τὸ μὲν σὸν ἐκποδὼν ἔστω λόγου] Sensus est, ni fallor, *de tuis quidem rebus parco dicere, consilium tibi dare supersedeo*. Euripides Hec. 1195. καί μοι τὸ μὲν σὸν

ὧδε φροιμίοις ἔχει. | πρὸς τόνδε δ' εἶμι, καὶ λόγοις ἀμείψομαι. ELM.

1223. γνώσει] γλώσσῃ var. lect. apud scholiastam.

1227. τούτους] τούτοις Flor. duo et Lasc.

μωρίαν ὀφλισκάνειν] Tres Rom. Lasc. Pseudogregorius v. 1012. ζημίαν ὀφλισκάνειν. Dixit Medea v. 567. ἐμοὶ γὰρ, ὅστις ἄδικος ὢν, σοφὸς λέγειν | πέφυκε, πλείστην ζημίαν ὀφλισκάνει. Sed ei sententiæ, quam nunc præ manibus habemus, convenientius est μωρίαν. Noster Alc. 1096. Αἰνῶ μὲν, αἰνῶ. μωρίαν δ' ὀφλισκάνεις. Iph. T. 487. ὡς δυ' ἐξ ἑνὸς | κακὼ ξυνάπτει. μωρίαν τ' ὀφλισκάνει, | θνήσκει θ' ὁμοίως. Similiter ἀμαθίαν Hec. 327. Phœn. 770. ELM.

1232. ξυνάψειν] ξυνάπτειν A. συνάπτειν Chr. Pat. 1093.

1233. ξυμφορὰς] συμφορὰν Ald. συμφορᾶς Lasc. et Flor. unus. Libri ceteri omnes συμφοράς.

1234. δόμους Rom. C. [et Flor. duo] et Ald. cum Chr. Pat. 877. Libri ceteri omnes πύλας. "Revocavi δόμους nec legere memini apud tragicos εἰς ᾍδου πύλας οἴχεσθαι, aut aliquid ejusmodi. Qui apud eos ad inferos descendunt, non ad limen consistunt, sed ipsam domum ingrediuntur. Sophocles Ant. 1240. κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ, τὰ νυμφικὰ | τέλη λαχὼν δείλαιος εἰς Ἅιδου δόμους. Euripides Hipp. 895. ἢ γὰρ Ποσειδῶν αὐτὸν εἰς Ἅιδου δόμους | θανόντα πέμψει, τὰς ἐμὰς ἀρὰς σέβων. Alc. 25. ἱερέα θανόντων, ὅς νιν εἰς Ἅιδου δόμους | μέλλει κατάξειν. Ibid. 74. ἡ δ' οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους. Ion. 1273. εἴσω γὰρ ἄν με περιβαλοῦσα δωμάτων, | ἄρδην ἂν ἐξέπεμψας εἰς Ἅιδου δόμους. Herc. 610. Ἦλθες γὰρ ὄντως δώματ' εἰς Ἅιδου, τέκνον. Ἅιδου πύλας memorant quidem tragici, sed non eo sensu, qui cum superioribus exemplis comparari possit. Euripides Hec. 1. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας | λιπὼν, ἵν' Ἅιδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν. Hipp. 56. οὐ γὰρ οἶδ' ἀνεῳγμένας πύλας | Ἅιδου, φάος δὲ λοίσθιον βλέπων τόδε. Ibid. 1447. Ὄλωλα. καὶ δὴ νερτέρων ὁρῶ πύλας. Alc. 120. Μόνος δ' ἂν εἰ φῶς τόδ' ἦν | ὄμμασιν δεδορκὼς | Φοίβου παῖς, προλιποῦσ' | ἦλθεν ἕδρας σκοτίους, Ἅιδα τε πύλας. Ubi πύλας suspiciosum est propter metrum. Secus ac tragici loquitur scriptor libri, qui Σοφία Σολομῶντος dicitur, c. 16. 13. οὐ γὰρ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν ἔχεις, καὶ κατάγεις εἰς πύλας Ἅιδου καὶ ἀνάγεις." ELM. Recte δόμους præfert in versu Medeæ, sed frustra dubitat de Alc. 120.

1236. μοι—κτανούσῃ—ἄγουσαν] Eodem modo apud Soph. El. 958. ᾗ πάρεστι μὲν στένειν, Πλούτου πατρῴου κτῆσιν ἐστερημένῃ, Πάρεστι δ' ἀλγεῖν, εἰς τοσόνδε τοῦ χρόνου Ἄλεκτρα γηράσκουσαν ἀνυμέναιά τε. In hoc loco et Sophocleo nil mirum, priore loco dativum poni, ubi μοι proxime præcesserat, altero remotiore accusativum, infinitivi adjuncti ratione potius habita, quam subjecti, quod vocant. MATTH.

1240. 1241. πάντως—ἐξεφύσαμεν] Versus spurii, ab homine intempestive loquace additi, de quibus diximus ad v. 1061.

1245. Scholiasta, Πρὸς βαλβῖδα: βαλβὶς κυρίως ἡ τῶν δρομέων ἄφεσις. ἄγε δή, ὦ Μήδεια, πρὸς ἄφεσιν ὅρμα, καὶ ἀρχὴν δυστυχοῦς βίου καὶ πράξεως ἐκτόπου.

1247. ὡς φ.] ὦ φ. Ald.

1249. κτενεῖς] κτείνεις Rom. C. et Ald.

1250. γ'] τ' A, Flor. duo et Lasc.

1251. Hæc paullo subtilius explicat scholiastes: Ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαής:—καὶ ἥλιον μὲν ἐπικαλεῖται ὡς πρόγονον Μηδείας, καὶ ὅτι πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει· τὴν δὲ γῆν ὡς μέλλουσαν εἰσδέχεσθαι ταῖς μιαιφονίαις (an τῆς μιαιφονίας) τὸ αἷμα. Exclamationem ὦ γῆ καὶ ἥλιε usurpant Demosthenes aliique. Tragici formam variant, sententiam conservant. Noster Hipp. 601. Ὦ γαῖα μῆτερ, ἡλίου τ' ἀναπτυχαί, | οἵων λόγων ἄρρητον εἰσήκουσ' ὄπα. Quæ cum nostris contulit Valckenarius. ELM.

1252. ἀκτὶς ad versum præcedentem refert Ald.

Ἀελίου] Correpta syllaba prima, ut apud Sophoclem Trach. 835.

κατίδετ' ἴδετε] Libri plerique κατείδετ' εἴδετε, omisso in quibusdam εἴδετε.

1253. ὀλομέναν] οὐλομέναν A. Flor. 2. Lasc.

φοινίαν] Libri partim φονίαν.

1255—1260. σᾶς | —γονᾶς | δ' αἷμα — | ἀλλά — | κατάπαυσον— | τάλαιναν—ἀλαστόρων Ald.

1255. τᾶς addidit Seidlerus de vers. dochm. p. 290.

1256. θεῶν] θεοῦ A. aliique nonnulli.

αἵματι] αἷμα A. correctus et Ald.

πίτνειν A. a pr. m. Scribebatur πιτνεῖν. Conjungenda in unum versum ἔβλαστεν—ἀνέρων. et in antistropho 1266. χόλος—ἀμείβεται.

1258—1260. Scribendum uno versu ἀλλά—ἀλαστόρων. et in antistropho 1268. χαλεπὰ—ἄχη. Systemata dochmiaca ita

componi solent ut post secundum quemque tertiumve dochmium vocabulum terminetur. Ab usitata hac ratione interdum discesserunt tragici augendæ numeri vehementiæ caussa. Sic in Herc. f. 1042. Καδμεῖοι γέροντες, οὐ σῖγα σῖγα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάσετ' ἐκλαθέσθαι κακῶν; Exemplis Euripideis simillimum est Æschyleum Sept. ad Th. 698. ubi pariter sex sine pausa dochmii sunt conjuncti, ἀλλὰ σὺ μὴ 'ποτρύνου. κακὸς οὐ κεκλήσει βίον εὖ κυρήσας· μελαναιγὶς οὐκ εἶσι δόμους Ἐρινὺς, ὅταν ἐκ χερῶν—· cui versui respondet v. 705. νῦν ὅτε σοι παρέστακεν· ἐπεὶ δαίμων λήματος ἐν τροπαίᾳ χρονίᾳ μεταλλακτὸς, ἴσως ἂν ἔλθοι θαλερωτέρῳ.— Consulto autem, non casu, hunc a poetis institutum esse dochmiorum decursum, ex eo colligi potest quod par in hujusmodi locis est et strophæ et antistrophi ratio. Neque enim alterutra in dimetros pleno vocabulo terminatos digeri potest.

1259. φονίαν (vel φοινίαν) τάλαιναν libri. Transposuit Seidlerus.

1260. Ἐρινὺν] Ἐριννὺν vulgo. ἐρινῦν A.

ὑπ' ἀλαστόρων] In Rom. A. supra scripta gl. πεμφθεῖσαν· Ita similis esset constructio Platonicæ τὴν ὑπὸ τῶν ὀλίγων δυναστείαν Politic. p. 291 D. de qua vid. Heindorf. ad Plat. Phædon. §. 110. p. 188. Wyttenb. ibid. p. 261. et ad Plutarch. p. 213 sq. Scholiastes verba ita junxisse videtur: ὑπ' ἀλαστόρων μάταν μόχθος ἔρρει τέκνων. Nam annotat: μάτην, φησὶν, ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν ἀπόλλυται τὰ τέκνα. MATTH.

1261. τέκνων codices et Lasc. τῶν τέκνων Ald.

1262. μάταν ἄρα Musgravius. ἄρα μάταν codd. plerique. καὶ μάταν Ald. μάταν solum est in Rom. C. Flor. 2. Lasc.

ἔτεκες] τέκες Ald.

1264. πετρᾶν ἀξενωτάταν] πετρῶν ἀξενωτάτων A.

1265. δειλέα (αι supra scriptum) A.

1266. προσπίτνει Elmsleius. προσπιτνεῖ libri.

1267. φόνος ἀμείβεται sc. φόνῳ, *cædes cæde permutatur, cædem cædes sequitur*, ut Orest. 967. ἑτέρα δ' ἑτέροις ἀμείβεται πήματα. Electr. 1097. εἰ δ' ἀμείψεται φόνον δικάζων φόνος. MATTH.

1268—1270. *Cognati sanguinis in terram profusi piaculum grave est mortalibus, miseriisque consentaneis et ad criminis magnitudinem comparatis, quæ divinitus domibus immittuntur, parricidas afflictat.* PFLUGK.

1269. *αὐτοφόνταις*] *αὐτοφόνταισι* Ald.

συνῳδὰ (*γρ. σύνοιδα*) A.

1270. *πίτνοντ'* A. a pr. m. Aliorum corruptelæ sunt *πίτνουντ'* et *πιτνοῦντ'*.

δόμοις] In A. eadem manus *ους* super *δόμοις* scripsit, recentior super *ἄχη*.

1273. *ἀκούεις βοὰν*] Schol. *τοῦτο πρὸς ἀλλήλας αἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ φασιν πρὸς ἐρώτησιν.*

1274. *ὦ*] *ἰὼ* pars codicum.

1275. *παρέλθω δόμους. ἀρῆξαι φόνον | δοκεῖ μοι τέκνοις*] Schol. *τὸ δὲ παρέλθω δόμους, πάλιν πρὸς ἀλλήλας. τὸ δὲ ἀρήξειν φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις, κατὰ ἀπόφασιν.* Omnes interpretes ante Musgravium, ni fallor, eum sensum verbis *παρέλθω δόμους* tribuunt, quem haberent *πάρειμι δόμους*, id est, *ingrediar domum*, Anglice *I will enter*. Sed subjunctivum pro futuro hoc modo non usurpant Attici. Si *παρέλθωμεν* scripsisset Euripides, sensus esset *ingrediamur*, Anglice, *let us enter*. Is optime conveniret, si constaret, æque bene dici *παρέλθω*, *let me enter*, ac *παρέλθωμεν*, *let us enter*. Sed singulari plerumque præponitur *φέρε*. Sophocles Phil. 1452. *Φέρε νυν στείχων χώραν καλέσω.* Euripides Or. 1282. *Φέρε νυν ἐν πύλαισιν ἀκοὰν βάλω.* Phœn. 283. *φέρ' εἰς σκοτεινὰς περιβολὰς μεθῶ ξίφος, | καὶ τάσδ' ἔρωμαι, τίνες ἐφεστᾶσιν δόμοις.* Interdum quidem deest *φέρε*, sed ita ut locum ejus obtineat alius imperativus. Cujus constructionis exempla nonnulla præbet Euripides. I. Hipp. 567. *'Επίσχετ', αὐδὴν τῶν ἔσωθεν ἐκμάθω.* Non magis hic subaudiendum *ἵνα* quam apud Sophoclem Phil. 539. *'Επίσχετον, μάθωμεν.* II. Ibid. 1354. *σχὲς, ἀπειρηκὸς σῶμ' ἀναπαύσω.* Nostri, *Hold, let me rest my weary body*. III. Andr. 842. *Τί μοι ξίφος ἐκ χερὸς ἠγρεύσω ; | ἀπόδος, ὦ φίλη, ἀπόδος, ἵν' ἀνταίαν | ἐρείσω πλαγάν. τί με βρόχων εἴργεις ;* Vide Seidlerum de Versibus Dochm. p. 302. *Ἵνα* a librariis additum ostendit metri ratio. Versus dochmiacus est. IV. Bacch. 341. *ὃ μὴ πάθῃς σὺ (δεῦρό σου στέψω κάρα | κισσῷ), μεθ' ἡμῶν τῷ θεῷ τιμὴν δίδου.* Anglice, *come hither, let me crown your head with ivy*. *Δεῦρο* enim imperativi vim habet. Grammaticus apud Bekkerum Anecd. Gr. p. 88. *Δεῦρο ἀντὶ τοῦ ἔρχου. Πλάτων Πολιτείας τρίτῳ.* V. Herc. 1059. *Σῖγα, πνοὰς μάθω. φέρε, πρὸς οὖς βάλω.* *Σῖγα* etiam imperativus est. His accedat Homerus Il. X. 450. *Δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθον, ἴδωμ', ὅτιν' ἔργα τέτυκται.* Z. 340. *'Αλλ' ἄγε*

νυν ἐπίμεινον, Ἀρήϊα τεύχεα δύω. Ψ. 71. θάπτε με (malim θάπτετε μ') ὅτι τάχιστα, πύλας Ἀΐδαο περήσω. Hic etiam frustra sunt, qui ἵνα subaudiri arbitrantur. Revertor ad verba παρέλθω δόμους, quibus signum interrogationis recte addidit Musgravius. Tandem igitur evadit vera sententia, *Shall I enter?* Incertus enim est chorus, quid faciat. Ita noster Herc. 1109. Γέροντες, ἔλθω τῶν ἐμῶν κακῶν πέλας; Quo exemplo utitur Matthiæ Gramm. Gr. §. 515. ELM. Conf. quæ ad Soph. Œd. Col. 1560. dixi. Ceterum scribendum uno versu παρέλθω—τέκνοις.

1279. τάλαιν'—ἔτεκες] Hæc in unum versum conjungenda, qui ex duobus dochmiis constat et syllabis brevibus quattuor.

1280. ὃν Seidlerus. Legebatur ὤν.

1282. Alterum μίαν om. B.

1283. γυναῖκ' ἐν φίλοις χέρα βαλεῖν τέκνοις] Ald. γυναῖκα φίλοις χέρα προσβαλεῖν τέκνοις. Paris. B.D. γυναικῶν φίλοις. Flor. A. Paris. A. Rom. A. B. γυναικῶν ἐν φίλοις χεῖρα βαλεῖν τέκνοις. Sic Havn. nisi quod is λαβεῖν pro βαλεῖν. Lasc. Rom. C. Flor. 2. γυναῖκ' ἐν φίλοις χεῖρα προσβαλεῖν τέκνοις. γυναῖκ' ἐν φίλοις etiam Par. E. Lib. P. Mag. tres Florr. hi etiam χεῖρα. sed βάλλειν 10. βαλεῖν 15. MATTH. ἐν—βαλεῖν per tmesin pro ἐμβαλεῖν.

1284. Ἰνὼ μανεῖσαν ἐκ θεῶν] Schol. Ἰνὼ μανεῖσαν: Ἰνὼ κατὰ χόλον τῆς Ἥρας μανεῖσα, ἔρριψεν αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς Μελικέρτῃ. ἐμίσει γὰρ πάντας τοὺς Θηβαίους ἡ Ἥρα, διότι παρ' αὐτοῖς ἐτέχθη ὁ Διόνυσος. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Διόνυσος ἐξέμηνε τὰς τούτων γυναῖκας, μὴ προσιεμένων αὐτὸν ὕστερον τῶν Θηβαίων, ἴσως δὲ καὶ τούτου τῆς Ἥρας ἐργασαμένης. οἱ μὲν οὖν ἱστοροῦσι τῷ παιδὶ συγκατενεχθῆναι τὴν Ἰνὼ εἰς τὴν θάλασσαν. Εὐριπίδης δέ φησιν αὐτόχειρα τῶν δύο παίδων γενομένην, Λεάρχου καὶ Μελικέρτου, αὐτὴν ὕστερον εἰς τὴν θάλασσαν ῥίψαι. φασὶ δὲ αὐτοὺς εἰς Κόρινθον ἐκβρασθέντας, Ἰνὼ καὶ Μελικέρτην, ἀναληφθῆναι προστάξει Σισύφου, ὡς καὶ ἀγῶνα Ἴσθμιον ἐπὶ Μελικέρτῃ κατὰ χρησμὸν θεῖναι, τοῦτο ἑωρακότος. Idem: Μανεῖσαν: κατὰ χόλον τῆς Ἥρας Ἀθάμας κατετόξευσε Λέαρχον τὸν ἐξ Ἰνοῦς γενόμενον αὐτῷ παῖδα. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Ἰνὼ μανεῖσα ὑπὸ τῆς Ἥρας (ὤργιστο γὰρ αὐτῇ ὅτι ἐτεθηλάκει τὸν Διόνυσον) τὸν ἕτερον ἑαυτῆς παῖδα ἐπισφάξασα Μελικέρτην, ἥλατο σὺν αὐτῷ εἰς τὴν θάλασσαν. Εὐριπίδης δέ φησιν αὐτὴν αὐτόχειρα γενομένην Λεάρχου καὶ Μελικέρτου ὕστερον εἰς τὴν θάλασσαν ἀλέσθαι. Eadem fere verba leguntur apud scholiasten Aristophanis Vesp. 1405. [cui ab

Musuro sunt inserta ex scholiasta Euripidis. G. D.] Existimat Valckenarius Diatrib. p. 180. Euripidem alios auctores in Inone, alios in Medea secutum esse. Inonis argumentum his verbis inesse putat: Ἰνὼ κατὰ χόλον τῆς Ἥρας μανεῖσα, ἔρριψε αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν ἅμα τῷ υἱῷ αὐτῆς Μελικέρτῃ. Mihi autem vero similius videtur, Inonem in cognomine fabula utrumque puerum interfecisse, postea vero facinoris consciam factam, in mare se projecisse. Resipuisse eam ostendit Fragm. 2. Φίλαι γυναῖκες, πῶς ἂν ἐξ ἀρχῆς δόμους | Ἀθάμαντος οἰκήσαιμι, τῶν πεπραγμένων | δράσασα μηδέν. Quod Valckenarium non fugit. Ab hoc argumento non discrepant quæ in Medea de ea dicuntur. Ad utramque fabulam spectare videtur Euripidis mentio, quæ bis apud scholiasten occurrit. ELM.

1285. ἐξέπεμψε] ἐξέπεμπε H. et Flor. 10. 15. ἐξέπεμψεν ἅλῃ pro εἰς ἅλην. MATTH.

1286. Unus versus πίτνει—δυσσεβεῖ.

πίπτει δ' ἁ Ald. πιτνεῖ δ' ἡ τ. Lasc. Rom. C. Flor. 2. πίτνει δ' ὦ τάλ. Rom. A. ante corr. πιτνεῖ a corr. cum B. Havn. πιτνεῖ δ' ἁ τάλ. Flor. 2. 15. Vict. Tum miro errore Havn. ἐς σαλαμῖνα pro ἐς ἅλμαν. MATTH.

1288. ἀκτῆς ὑπερτείνασα ποντίας πόδα] Inepte Buchananus, *progressa littus ultra.* Dicere vult Euripides, Inonem ab imminente rupe in mare se dejecisse. Præcipitavit se a petra Moluride, monente Heynio ad Apollodorum p. 228. ELM.

1289. δυοῖν τε] Codd. aliqui δυεῖν et δέ.

1290. Unus versus τί—πολύπονον.

δῆτ' Hermannus de metr. p. 248. Legebatur δήποτ'.

1291. γυναικῶν post πολύπονον A.

1292. ὅσα Seidlerus. Legebatur ὅσα δή.

1295. τοισίδ'] Libri plerique τοῖσδέ γ', duo tantum codices (Rom. C. et Flor. 2.) τοῖσιν cum Lasc. et Ald. Emendavit Canterus, nisi quod falso accentu τοῖσιδ' scripsit, quem correxit Elmsleius.

1296. δεῖ γάρ νιν ἤτοι γῆς σφε κρυφθῆναι κάτω] Pronomen duplex, quorum prius ad δεῖ, alterum ad κρυφθῆναι refertur. Pausaniæ exempla comparavit Hermannus, 2, 3, 6. ὧν ὀνόματα μέν σφισι Μέρμερος καὶ Φέρης. 8, 11, 2. ταύτας φασὶν οἱ Μαντινεῖς μετοικῆσαι σφᾶς τὰ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς ὀνείδη φευγούσας. et 28, 2. τούτους ἐγώ φημι παρέχειν σφᾶς ὕδωρ ψυχρόν. Quibus addendum Euripidis exemplum Suppl. 174. ὧν αὐτὰς

ἐχρῆν κείνων ταφείσας χερσὶν ὡραίων τυχεῖν. Similis est duplicatæ præpositionis pleonasmus de quo dixi ad Orest. 407. Sed librariorum errore ἦν—τήνδε illatum est Andr. 650. 710.

1297. βάθος] γρ. πτύχας A.

1298. εἰ μὴ] ἢ μὴν A. correctus.

1299. πέποιθ' ἀποκτείνασα κοιράνους (τυράννους pars codicum) χθονὸς ἀθῷος αὐτὴ τῶνδε φεύξεσθαι δόμων;] Inepta hæc est præcedentium verborum amplificatio, quam non scriptam ab Euripide esse ipsum genus dicendi satis arguit.

1302. κείνην μὲν οὓς ἔδρασεν ἔρξουσιν κακῶς] Sophocles Phil. 958. κἄμ', οὓς ἐθήρων πρόσθε, θηράσουσι νῦν. Euripides Ion. 648. Καλῶς ἔλεξας, εἴπερ, οὓς ἐγὼ φιλῶ, | ἐν τοῖσι σοῖσιν εὐτυχήσουσιν δόμοις. Verba οὓς ἔδρασεν, οὓς ἐθήρων πρόσθε, οὓς ἐγὼ φιλῶ, nominativi loco accipienda sunt. Explicant grammatici quasi subaudiatur ἐκεῖνοι. ELM.

ἔρξουσιν] ἔρξουσι A. a pr. m. ἔρξουσιν Rom. B.C. ELM.

1303. ἐκσῶσαι] Scribendum ἐκσώσων ex A.B. aliisque.

1304. δράσωσ'] Intelligendum αὐτούς.

1309. σέθεν ad παῖδες referendum. Eadem collocatio verborum Suppl. 133. τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας Ἀργείων σέθεν; quem locum comparavit Elmsleius.

1316. δίκην] φόνῳ A.B. aliique nonnulli.

1317. Quum Aristoph. Nub. 1399. hæc habeat, σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν (alii λόγων) κινητὰ καὶ μοχλευτά, in quibus ad h. l. respexisse videtur, Heliod. autem Æthiop. 1. p. 15. τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις; τοῦτο δὴ τὸ τῶν τραγῳδῶν, (verba τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις, additis illis καὶ φέρεις ἡμᾶς Ἰλιόθεν κατὰ τὴν παροιμίαν, etiam scriptor ineditus apud Bast. *lettre critique* p. 147. (p. 184. ed. Lat.)) denique Pseudogregor. v. 120. habeat Καὶ τούσδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις λόγους, v. 436. autem τί τούσδε κ. κἀναμ. λόγους, Porson. suspicatur, Euripidem primo scripsisse τί τούσδε κινεῖς κἀναμ. λόγους, deinde ab Aristophane propter duriorem metaphoram in scena traductum vulgatam lectionem substituisse. Mihi Euripides, si hoc loco τούσδε — λόγους scripsisset, non solum propter duriorem metaphoram, sed propter orationem rei minime convenientem merito deridendus fuisse videtur. Jasonem enim non increpat Medea, quod loquitur et contumelias ac minas in ipsam conjicit, sed quod fores effringere et impetum in ædes facere conatur; dicit enim εἰ δ' ἐμοῦ χρείαν ἔχεις, λέγ' εἴ τι βούλει, χειρὶ δ' οὐ ψαύσεις ποτέ.

Videtur itaque Aristoph. ad alium Euripidis locum e deperdita fabula respexisse, in quo hæc legerentur: *τί ταῦτα κινεῖς κἀναμοχλεύεις*, quæ verba deinde in proverbium abierint sec. script. ined. MATTH.

1320. *οὐ ψαύσεις*] *γρ. οὐχ ἅψῃ* A.

1328. *τλᾶσα*] *δρῶσα* aliquot codd.

1330. *δόμων*] *δόμον* Rom. C. Flor. 2. Lasc.

1346. *ἔρρ' αἰσχροποιὲ, καὶ τέκνων μιαιφόνε*] Schol. *Ἔρρ' αἰσχροποιέ: ὅτι δοκεῖ τὸν στίχον τοῦτον εἰπὼν Εὐριπίδης ἐκβεβλῆσθαι. διὸ καὶ κεχίασται.* Macho apud Athenæum p. 582 C. *Λαΐδα λέγουσι τὴν Κορινθίαν ποτὲ | Εὐριπίδην ἰδοῦσαν ἐν κήπῳ τινὶ | πινακίδα καὶ γραφεῖον ἐξηρτημένον | ἔχοντ', Ἀπόκριναι, φησὶν, ὦ ποιητά μοι, | τί βουλόμενος ἔγραψας ἐν τραγῳδίᾳ, | Ἔρρ' αἰσχροποιέ; καταπλαγεὶς δ' Εὐριπίδης | τὴν τόλμαν αὐτῆς, Σὺ γὰρ, ἔφη, τίς εἶ, γύναι; | οὐκ αἰσχροποιός; ἡ δὲ γελάσασ' ἀπεκρίθη· | Τί δ' αἰσχρὸν, εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;* *Acerbissimus jocus*, inquit Porsonus, *si quis modo recordatur, quale fuerit Æoli Euripidei, unde is versus desumtus est, argumentum.* ELM.

1348. *οὔτε—οὐ*] Sic Euripides Or. 39. *ἕκτον δὲ δὴ τόδ' ἦμαρ, ἐξ ὅτου σφαγαῖς | θανοῦσα μήτηρ πυρὶ καθήγνισται δέμας, | ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρην ἐδέξατο, | οὐ λούτρ' ἔδωκε χρωτί.* Ibid. 1086. *μήθ' αἷμά μου δέξαιτο κάρπιμον πέδον, | μὴ λαμπρὸς αἰθὴρ, εἴ σ' ἐγὼ προδούς ποτε, | ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμί σε.* ELM.

1351. *μακρὰν ἂν ἐξέτεινα*] Ald. et Rom. C. *ἢ μάκρ' ἂν ἐξέτεινα.* Lasc. *ἢ μακρὰν ἐξέτεινα.* Rom. A. Flor. Par. B.D. *μακρὰν ἂν ἐξέτεινα.* Rom. B. *μακρά γ' ἂν ἐξέτεινα.* Par. A. *μακρὰν δ' ἂν ἐξέτεινα.* Schol. *Ἠ μακράν: μακρὰ ἂν ἐξέτεινα ῥήματα ἐναντία τούτοις τοῖς λόγοις.* Sed Rom. A. *Μακρὰν ἂν ἐξέτεινα: μακρὰ ἂν ἐξέτεινα ῥήματα ἐναντία τοῖς σοῖς λόγοις.* Gl. in eodem cod. *λείπει ῥήματα* haud dubie ad *μακρὰ* pertinet. Quicquid legerit grammaticus, *μακρὰν* melius videtur quam *μακρά.* Æschylus Ag. 924. *ἀπουσίᾳ μὲν εἶπας εἰκότως ἐμῇ. | μακρὰν γὰρ ἐξέτεινας.* Ibid. 1305. *Ὦ πολλὰ μὲν τάλαινα, πολλὰ δ' αὖ σοφὴ | γύναι, μακρὰν ἔτεινας.* Sophocles Aj. 1040. *Μὴ τεῖνε μακρὰν, ἀλλ' ὅπως κρύψεις τάφῳ | φράζου τὸν ἄνδρα, χὤτι μυθήσει τάχα.* Iph. A. 420. *ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, εὔρυτον παρὰ—κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν.* ELM.

ἐναντία] *ἐναντίων* A. aliique pauci.

1355. *διάξειν*] *διάγειν* Ald.

1356. οὔθ'—οὔθ'] Scribendum οὐδ'—οὐδ' cum Elmsleio.

προσθεὶς] προθεὶς A.B, Flor. 15. et Ald. Phœn. 583. ὦ κακὰ μνηστεύματα, Ἄδραστε, προσθείς.

1357. ἀνατὶ Elmsleius. ἀνατεὶ libri.

τῇσδέ μ'] τῇσδ' ἔμ' A.

1358. Hoc versu utitur Macho apud Athen. p. 577 D, κάλει in κράτει mutato.

1359. πέδον] Per σπήλαιον explicat gl. in B.

1360. χρῇ] Scribendum χρῆν cum Reiskio.

1362. λύει δ' ἄλγος significare posse putat Porson. *minuit, levat meum dolorem, si tu non irrides*. At λύειν non est *minuere*, *levare*, sed *tollere*, quod vix puto Medeam dicere potuisse. Durum etiam λύει subjecto destitutum, cujus vice fungi dicenda sunt verba ἣν σὺ μὴ 'γγελᾷς, pro τὸ σὲ μὴ ἐγγελᾶν λύει ἐμοὶ ἄλγος. Igitur Valcken. sequor, qui ad Hipp. 441. explicat λυσιτελεῖ. MATTH.

μὴ 'γγελᾷς] μὴ γελᾷς A. aliique nonnulli.

1365. οὔτοι νιν—γ' Hermannus. Legebatur οὐ τοίνυν (οὔτοινυν H.)—σφ'.

1366. σοὶ excidit ex B.

νεοδμῆτες] νεόδμητοι Rom. C. Flor. 2. Lasc.

1367. σφε κηξίωσας] σφέ γ' ἠξίωσας A.B. Flor. 15. Lasc.

1371. οἴμοι] ὤμοι A.

Μιάστορες hic sunt ἀλάστορες, hoc est, τιμωροὶ δαίμονες, quorum mentio est v. 1027. 1227. 1300. Eodem sensu, ni fallor, Helenam τὴν Ἑλλάδος μιάστορα appellat Euripides Or. 1584. Nostri, *the evil genius of Greece*. Idem El. 683. homicidas μιάστορας appellat. Quo sensu dixit et ἀλάστορας. Versum ex ejus Melanippa, ἴσως ἀλάστορ' οὐκ ἐτόλμησε κτανεῖν, attulit Erotianus p. 62. ELM.

1373. γ' om. Ald.

1375. ῥᾴδιοι δ'] ῥᾴδιαί γ' Ald.

1378. ἐπεὶ σφᾶς A. correctus. Vulgo ἐπεί σφας. Ὀρθοτονεῖσθαι pronomina σφῶν, σφίσι, σφᾶς, secus ac σφε, σφιν, monent veteres grammatici. Aldus in hac re parum sibi constat. Nam σφᾶς dedit apud Sophoclem Œd. T. 1470. apud Euripidem Or. 1127. Bacch. 231. 955. 958. σφᾶς apud Sophoclem Œd. T. 1508. σφὰς apud Æschylum Prom. 442. σφας apud Sophoclem Œd. C. 486. Ant. 128. Aj. 839. Idem σφίσιν apud Æschylum Prom. 480. apud Sophoclem Œd. C. 59.

El. 1070. (ubi recte Schæferus σφιν). Comici ab horum pronominum usu consulto se abstinuisse videntur, licet in prosa oratione frequenter occurrant. ELM.

1379. φέρουσ' ἐς Ἥρας τέμενος ἀκραίας θεοῦ] Schol. Ἡραια πένθιμος ἑορτὴ παρὰ Κορινθίοις. Ἀκραία δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι. τέλη δὲ λέγει τὰ μυστήρια καὶ τὰς τελετάς. Idem ad v. 10. ὅτι δὲ καὶ ἀθάνατος ἦν ἡ Μήδεια, Μουσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων ἱστορεῖ, ἅμα καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀκραίας Ἥρας ἑορτὴν ἐκτιθείς. Falsum est, quod dicit grammaticus, Ἀκραία δὲ εἴρηται παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι. Locum sepulturæ extra Corinthiorum fines situm fuisse ostendunt proxima Medeæ verba. Livius 32. 23. *Promontorium est adversus Sicyonem, Junonis quam vocant Acræam, in altum excurrens: trajectus inde Corinthum, septem millia ferme passuum.* Non tantum patebat Creontis regnum. ELM. Sic etiam Strabo 8. p. 583 A. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ Λεχαίου καὶ Παγῶν τὸ τῆς Ἀκραίας μαντεῖον Ἥρας ὑπῆρχε τοπαλαιόν. At Pausan. cum scholiaste facit 2. 24. ἀνιόντων δὲ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἔστι μὲν τῆς Ἀκραίας Ἥρας τὸ ἱερόν. et sic omnes, qui de rebus Medeæ scripserunt. MATTH.

1380. καθυβρίσῃ] Sic cum Ald. Rom. A. a corr. B.C. Sed Rom. A. ante corr. [et Flor. 10. 15.] αὐτῶν πολεμίων καθυβρίσαι, supra scripto ab eadem manu γρ. καὶ καθυβρίσει. ELM.

1381. γῇ δὲ τῇδε Σισύφου | σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλη προσάψομεν] Schol. Venet. et Leid. ad Il. K. 56. Etymologus M. p. 750, 43. τέλος. Deinde Rom. A. a corr. B.C. schol. Hom. προσάψομεν. Flor. μυστηρίων ex Hipp. 25. σεμνὴν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων. Etymologus προσάξομεν. Rom. A. ante corr. Par. A.B.D. προσάψομεν. Media forma προσάψομαι ab hac significatione aliena est. ELM.

1384. αὐτὴ δὲ γαῖαν εἶμι τὴν Ἐρεχθέως, | Αἰγεῖ συνοικήσουσα τῷ Πανδίονος] Athenæus p. 585 D. Θαΐς πρὸς γράσωνα πορευομένη ἐραστὴν, ἐπεί τις αὐτὴν ἤρωτα, πῇ πορεύεται, εἶπεν, Αἰγεῖ συνοικήσουσα τῷ Πανδίονος. ELM.

1387. Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ πεπληγμένος] Schol. Ἀργοῦς κάρα σὸν λειψάνῳ: ἱστορεῖται Ἰάσων τέλει τοιούτῳ χρήσασθαι. κοιμώμενον γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τὴν Ἀργὼ κατασαπεῖσαν ὑπὸ πολλοῦ χρόνου, μέρος τι ταύτης ἐκπέσον κατὰ τῆς κεφαλῆς ἔκρουσεν. Ἀργοῦς οὖν λειψάνῳ λέγει, ἀντὶ τοῦ μέρει τινὶ τῆς Ἀργοῦς. Ἄλλως. οἱ μὲν λέγουσι κατὰ Μηδείας χόλον ἢ κέλευσιν ὑπὸ τῇ

πρύμνῃ τῆς Ἀργοῦς καταδραθέντα τὸν Ἰάσονα τελευτῆσαι, ἐμπεσόντος αὐτῷ ξύλου. Νεόφρων δὲ ξενικώτατον. ἀγχόνῃ γὰρ τελευτῆσαι. τὴν γὰρ Μήδειαν παράγει πρὸς αὐτὸν εἰποῦσαν· Τέλος &c.

1388. ἰδὼν γάμων] γάμων ἰδών Rom. A.B.C. Flor. tres et Lasc.

1389. Ἐρινὺς A. Scribebatur Ἐρινύς.

1392. ξειναπάτου Rom. A.C. ξειναπάτα vulgo. α supra scriptum in A.

1393. παιδολέτορ] γρ. παιδολέτωρ A. Hoc præferendum.

1395. γ' om. B.

ἄμορος] ἄμοιρος A.B. aliique nonnulli.

1396. γῆρας] De syllaba ancipiti conf. annot. nostram ad Soph. Œd. C. 139.

1398. ἔκτας] ἔκτανες Rom. A.B.C. [et Flor. tres], unde non male legeretur ἔκανες, nisi æque bene impressi ἔκτας.

1399. αἰαῖ] ὤμοι A.B. et Flor. 15.

φιλίου—προσπτύξασθαι] Constructio hæc est: χρῄζω φιλίου στόματος, ὥστε προσπτύξασθαι. Hippol. 1391. ἀμφιτόμου λόγχας ἔραμαι Διαμοιρᾶσαι. Herodot. 5. 38. ἔδεε γὰρ δὴ συμμαχίης τινὸς οἱ μεγάλης ἐξευρεθῆναι. POR.

1404. μάτην] δ' addunt A.B.

ἔπος] λόγος Lasc. et aliquot codd.

1409. κἀπιθοάζω] Scribendum κἀπιθεάζω cum Blomfieldo ad Æsch. Choeph. 843. qui apte comparavit Thucyd. 8, 53. Εὐμολπιδῶν μαρτυρομένων καὶ ἐπιθειαζόντων μὴ κατάγειν.

1410. μαρτυρόμενος] μαρτυράμενος A. corr. et Flor. 10.

1413. ὄφελον A. a pr. m. Libri reliqui ὤφελον.

1415. Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ] Rom. A. ante corr. Ζεῦ. Noster Alc. 1162. Andr. 1286. Bacch. 1385. Hel. 1704. Πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων. Cui versui subjecti sunt quatuor versus, qui nostram etiam fabulam claudunt. In quinque igitur fabulis uno tantum versu mutato eadem terminatione usus est Euripides. ELM.

1418. εὗρε] Scribendum ηὗρε.

In fine Par. B.D. addunt: πρὸς διάφορα ἀντίγραφα, Διονυσίου ὁλοσχερὲς, καί τινα τῶν Διδύμου.

HIPPOLYTUS.

DE tempore hujus fabulæ duplicique ejus editione hæc ex didascaliis tradit argumenti Græci scriptor, ἐδιδάχθη ἐπὶ Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ, ἔτει τετάρτῳ. πρῶτος Εὐριπίδης, δεύτερος Ἰοφῶν, τρίτος Ἴων. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἱππόλυτος δεύτερος, καὶ Στεφανίας προσαγορευόμενος. ἐμφαίνεται δὲ ὕστερος γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον, ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. τὸ δὲ δρᾶμα τῶν πρώτων. Priorem editionem Ἱππόλυτον καλυπτόμενον vocant Pollux 9, 50. et scholiasta Theocriti 2, 10. Eam valde diversam ab altera fuisse ostendit Matthiæ ad fragm. p. 182, 183. Utrumque autem nomen, et καλυπτομένου et στεφανίου, non a poeta profectum, sed a grammaticis esse impositum duarum editionum distinguendarum caussa animadvertit Brunckius: de quo genere dixi in Annotationibus ad Sophoclem p. 277. Nam Euripides ne alteram quidem fabulam erat cur hujusmodi cognomine a priore distingueret, quum non tam novam quam veterem correctam in scenam produceret.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ] In Codice Florentino, sicut Bacchabus Euripidis nomen præfigitur Penthei, Πενθεὺς, Hippolytus inscribitur Φαίδρα. Senecæ Hippolytus, Lipsio monente, Phædra dicitur in codice scripto; atque illinc versum profert Priscianus velut in Senecæ sibi Phædra lectum. Ex hoc Euripidis dramate multa suis in commentariis ad Homerum adhibens Eustathius, frequenter illa legi testatus in Hippolyto, binis tamen in locis (ad Il. p. 489, 53. 568, 19. ed. Bas.) laudat Euripidem in Phædra, quæque illinc profert in Hippolyto reperiuntur. VALCK. Similiter recentiores quidam grammatici Hecubam Polydori, Orestem Electræ nomine appellant.

1. Πολλὴ] Scholiasta, δυνατὴ, θαυμαστὴ, μεγάλη. Libanius vol. 4. p. 189. a Boiss. comparatus, πολὺς δὲ καὶ πανταχοῦ τῆς Ἑλλάδος ὁ θεός.

3. Colchidem, Phasidem, pontum Euxinum, et ab altera parte columnas Herculis pro orbis terrarum nobis cogniti et habitati terminis habitas esse bene docuit Wyttenbach. ad Plat. Phædon. p. 299. Sic Plato l. c. p. 84. ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος. Πόντου de *ponto Euxino* jam accepit Musgrav. MATTH.

5. τοὺς] Negligentius loquitur: nam debebat ὧν τοὺς dicere.

10. Simile est Iph. T. 239. Ἀγαμέμνονος παῖ, καὶ Κλυταιμνήστρας τέκος. Ejusdem pleonasmi alia exempla, Æsch. Prom. 140–1–2. Soph. Antig. 1115. Alcest. 526. notavit Blomfieldius ad Promethei locum. De nomine matris Hippolyti silet Euripides. Antiopam fuisse tradunt Plutarchus in Thes. p. 13 D. Seneca in Hippolyto Tragœdia, scholiast. ad hujus fabulæ v. 580. schol. ad Hom. Odyss. Λ. 320. Tzetzes ad Lycophr. 1329. Servius ad Virg. Æn. 11. 761. Contra ex Hippolyta, Antiopæ sorore, natum perhibent idem Plutarchus Parall. p. 314 A. Clidemus apud Plutarch. vol. 1. p. 13 A. et Auctor argumenti hujus fabulæ. Quæ de his Amazonibus veteres tradidere, collegit et recensuit Meursius in Theseo cap. 20. et 21. MONK.

18. ἐξαίρει] Scribendum ἐξαιρεῖ ex Flor. quattuor. Herodotus 1, 36. ab Elmsleio comparatus, συνεξελεῖν ἡμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης.

19. ὁμιλίας] ὁμιλίᾳ Lasc. ὁμιλίας Porsonus. Sed eodem redit scriptura vulgata.

20. μέν νυν H. μὲν νῦν B. aliique nonnulli. Pauci μὲν οὖν, ex quo in Ald. μέν γ' οὖν factum.

25. μυστηρίων] Eleusiniorum.

27. κατέσχετο] Scribendum κατείχετο cum Monkio.

30. Πέτρα Παλλάδος est rupes Athenis prærupta, in qua arx erat sita, unde late patebat in mare subjectum et Trœzeniam regionem prospectus. In summo vertice erat Palladis templum, longe navigantibus et via sacra euntibus spectabile. VALCK.

31. ναὸν Κύπριδος] Tale templum in Acropoli revera exstitisse, tradunt Diod. Sic. 4. c. 62. Asclepiades apud scholiasten Homeri ad Odyss. Λ, 320. MUSG.

ἐγκαθείσατο] Corrupte aliquot libri ἐγκαθίσατο vel ἐγκαθίστατο.

32. 33. ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι τὸ λοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρῦσθαι θεάν] Hos versus non scriptos ab Euripide esse

bene animadvertit Blomfieldius in *Quarterly Review* vol. 8. p. 219. Ineptum est ἐρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον, ita illud illatum quasi nondum dictum esset quem Phædra virum amaret. Dicendi autem modus ille ὠνόμαζεν τὸ λοιπὸν ἱδρῦσθαι grammatico aliquo quam Euripide dignior est.

35. Pallas filius erat Pandionis, frater Ægei. Is filiique ejus seditionem Athenis moventes, et regnum affectantes, a Theseo interfecti sunt. Historiæ meminerunt Plutarchus in Thes. p. 5 E. Philochorus apud Euripidis scholiastam. MONK.

37. De exsilio annuo propter cædem non voluntariam subeundo vid. Miscell. philol. ab me edita vol. 1. p. 155. seqq. MATTH.

38. κἀκπεπληγμένη] Quia Pseudogregor. 354. dixit Καὶ νῦν στένουσα πολλὰ καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἀνίας, et v. 748. Ὅθεν κἀγὼ στένουσα καὶ πεπληγμένη Κέντροις ἀνίας, Valcken. auctorem ejus dramatis hic quoque legisse suspicabatur καὶ πεπληγμένη, quod ei aptius etiam h. l. videtur; haud dubie, quia stimulis animum *feriri* ac *percuti*, non *consternari* dici posse existimabat. Med. 8. ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος. Cf. Hel. 1397. fr. Antiop. 27. Ut hic ἐκπεπληγμένη κέντροις, sic infra 1293. δηχθεῖσα κέντροις. MATTH.

41. χρὴ] δεῖ H. et Flor. tres.

42. κἀκφανήσεται] καὶ φανήσεται H. κἀναφανήσεται Flor. duo.

43. πεφυκότα] νεανίαν Par. A.B.D. Flor. 10. H. νεανίαν πεφυκότα Flor. 15. νεανίαν ex glossemate est. MATTH.

48. κακόν Ald. Par. A. Flor. A. 10. 15. Havn. et schol. καλόν Par. E. Lib. P. Flor. 2. schol. Arist. Ran. 314. Utrumque καλόν· κακόν Lasc. Verba nihil aliud significare possunt, nisi hoc: Phædræ sive commodum sive exitium non pluris faciam, quam vindictam meam, itaque illius sive commodo sive exitio impediri me non patiar, quominus inimicos meos ulciscar. Jam vero et exitio Phædræ impediri poterat Venus, si vindictam suam non expleri posse nisi exitio Phædræ videbat, hoc vero avertere volebat, et commodo vel bona fama Phædræ, curans, ne, si privigni amore adducta Phædra se ipsam interfecisset, bona fama privaretur. Ita, si rem per se spectes, utraque scriptura habet, quo se tueatur; sin nexum respicias, καλόν præstare intelligas: præcesserunt enim illa, ἡ δ' εὐκλεὴς μὲν,

ἀλλ' ὅμως ἀπόλλυται Φ. quibus εὔκλειαν Phædræ non obstare ejus exitio, neque hoc arcere posse significatur. Atqui καλόν est ipsa illa εὔκλεια. Etiam illa inter se opponuntur, τὸ γὰρ τῆσδ' οὐ προτ. καλόν et v. 50. ὥστ' ἐμοὶ καλῶς ἔχειν (ut est in Lasc. vulgo ὥστε μοι), quasi dicat, *Phædræ commodum meo commodo non præponam*. MATTH. Scribendum καλόν.

49. τὸ] τοῦ Flor. tres, H, Ald.

53. τόπων codices. δόμων Ald. inepte, quum scena sit ante Pitthei regiam.

55. θεὰν codices plerique. θεὸν Ald. Ubi nomen deæ adjungitur, θεὰ, non θεὸς, dici solet: quod monuit Monkius.

58. ἀείδοντες Ald. ᾄδοντες codices et Lasc. Quod recipiendum erat.

60. Ἄρτεμιν codices et Lasc. Ἄρτεμιν Ἄρτεμιν Ald. priore Ἄρτεμιν in fine versus præcedentis posito.

61. Θεραπόντων persona præfixa in Par. A. Libri reliqui hæc choro tribuunt. Est hoc παραχορήγημα simile illi de quo dixi ad Aristoph. Ran. 209.

In cod. Paris. ut ad v. 70. omittitur Hippolyti nomen, sic ad v. 61. non Χοροῦ sed recte meo judicio legebatur adscriptus index Θεραπόντων. Quos in venando comites habebat, Hippolytus alloquitur Senecæ dramatis initio. Hic qui domum a venatione cum Hippolyto redibant ista cantasse, non chorum, veteres etiam videre scholiastæ, quorum alter, ἄλλοι τινές εἰσι παρὰ τὸν Χορόν· ὁ γὰρ Χορὸς ἐκ Τροιζηνίων γυναικῶν· alter, ἕτεροι, inquit, εἰσὶ τοῦ Χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξάνδρῳ ποιμένες. illic itaque fuerunt etiam a choro diversi *Pastores*, quod non animadvertit *Heathius*: horum in reliquiis etiam *Euripidis* Alexandri *Ennianis* fit mentio p. 232, *Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum vocant*. Quid ex *Euripidis* more scribendi præcesserit æstimare licet ex *Ovidii* Her. Ep. 16, 357, 358.——Cum hoc cantico suavissimum melos Agathonis et huic accinentis chori comparari poterit in Aristoph. Thesm. v. 120. VALCK. De choro Agathonis fallitur Valckenarius: vide quæ ad locum illum dixi p. 709.

63. Ζανὸς codices: Ζηνὸς Ald.

64. Ald. χαῖρέ μοι, ὦ κόρα, Χαῖρέ μοι Λατοῦς Ἄρτεμι καὶ Διός, tribus versibus. Alterum χαῖρέ μοι omittunt Lasc. Par. B.D.E. tres Florr. Havn. Par. A. χαῖρε, χαῖρέ μοι, ὦ κόρα Λατοῦς καὶ Διός, Ἄρτεμι. MATTH.

67. ἃ—ναίεις codices. αἳ—ναίετ' Ald.

68. εὐπατέρειαν αὐλὰν] *Nobilem patris aulam* recte explicat Spanhem. ad Callim. in Dian. 4. allato alio etiam Euripidis loco ex Ione 1073. ἁ τῶν εὐπατριδᾶν γεγῶσ' οἴκων, et Elmsleius ad Eur. Iphig. T. 1082. in Museo crit. 6. p. 303. "Quemadmodum, inquit, hic παιδοκτόνον πατρὸς χεῖρα per abusionem πατροκτόνον χεῖρα appellavit poeta, ita in Hipp. 68. εὐπατέρειαν αὐλάν dixit pro εὐδαίμονα πατρὸς αὐλάν. Hoc moneo, ut vulgatam ejus loci scripturam haud prorsus absurdam esse ostendam." MATTH.

70. χαῖρέ μοι, ὦ καλλίστα] De metro v. ad Soph. Electr. 129.

71. παρθένων] θεῶν H. Idem om. Ἄρτεμι.

73. In scenam prodiit Hippolytus, manu ferens coronam Dianæ simulacro, quod ante fores stabat, imponendam; unde titulus tragœdiæ, Ἱππόλυτος Στεφανηφόρος, a grammaticis inditus est. Hos vero Euripidis versus sensu figurato plerumque capiebant veteres: credentes scilicet Hippolytum de hymno, quem in honorem Deæ nectebat, sub coronæ nomine loqui. Videas variorum de hac allegoria commenta in scholiis. Figurate hæc transtulerunt Clemens Alex. Pædag. p. 313. Strom. 1. p. 322, 16. Themistius Or. 15. p. 185 A. Chr. Pat. 2588. MONK. Recte monet Hippolytum coronam manu ferre. Absurdæ sunt ea de re dubitationes scholiastarum.

76. οὔτ' Monkius. οὐδ' libri et Plut. Mor. p. 1094 A.

77. ἠρινὸν] ἐαρινὸν Paris. A.H. Flor. tres.

78. Αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις] Dicere voluit poeta, ex illo prato, Dianæ sacro, pudicis tantum, τοῖς σωφρονοῦσι, fas esse flores decerpere; igitur Pudicitia ipsa, quæ est Αἰδώς s. σωφροσύνη, præsidet prato, tuetur illud, flores in eo educat, quos pudici decerpant; pro *educare* posuit id, quo flores imprimis aluntur, ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις. MATTH. Qui comma post δρόσοις posuit, ubi priores editiones recte plena utuntur interpunctione.

79—81. ὅσοις διδακτὸν μηδὲν, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν εἴληχεν ἐς τὰ πάνθ' ὁμῶς, τούτοις δρέπεσθαι, τοῖς κακοῖσι δ' οὐ θέμις] Frustra laborant critici de his versibus expediendis, qui mihi non dubium videtur quin ab interpolatore sint adjecti, et loco quidem alienissimo. Conficti autem sunt ex Bacch. 315. ubi loco aptissimo leguntur verba ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν ἐς τὰ πάντ' ἀεί. τοῦτο σκοπεῖν χρή.

80. πάνθ' ὁμῶς (vel ὅμως) codices. πάντ' ἀεὶ Ald.

84. γέρας βροτῶν] βροτῶν γέρας H. Flor. duo et Chr. Pat. 2585.

85. σ' additum ex Flor. 10.

86. αὐδὴν] αὐδῆς Flor. 10. Ald.

ἠρξάμην] ηὐξάμην duo codd. et Chr. P. 2593.

87. Recte interpretatur Musgravius, *Rex, nam dominus quidem nemo præter Deos vocandus est.* Affert Valckenærius ad illustranda senis ministri verba Xenophont. Cyrop. 3. p. 178, 37. οὐδένα ἄνθρωπον δεσπότην, ἀλλὰ τοὺς θεοὺς προσκυνεῖτε. Sensus loci mire fefellit Eustathium, qui hunc versum laudat p. 21, 18. p. 423, 15. MONK.

96. πλείστη γε] πλείστη τε Flor. A.

100. εὐλαβοῦ] Furiæ a Græcis per euphemismum σεμναὶ θεαὶ dictæ sunt. vid. Hesychium in σεμναὶ θεαί. Atque huc fortasse respicit Hippolyti monitio: *cave, ne quid inconsultum dicas.* Furias enim nominare nefas erat. Orest. v. 403. MUSG.

102. πρόσωθεν] ἄπωθεν Plut. Mor. p. 777, 8. Sed πρόσωθεν Themist. or. 16. p. 211 B. Plato Rep. 6. p. 499 A. POR.

103. ἐν] ἐμ Lasc.

116. προσευχόμεσθα] προσευξόμεσθα Paris. A. et Flor. duo.

118. ἔντονον] *Violentum.* εὔτονον Paris. A.B.C.

119. τούτων] τούτου A.H. Flor. duo et Ald.

120. δεῖ] Scribendum χρὴ ex Paris. A.H. et Flor. duobus.

121. Scribendum uno versu Ὠκεανοῦ—λέγεται et in antistropho 131. τειρομέναν—ἔχειν.

Ὠκεανοῦ τις ὕδωρ στάζουσα πέτρα] Jungo cum schol. et Eustathio p. 267. 28. Ὠκεανοῦ ὕδωρ. Il. Φ, 196. (Ὠκεανοῖο) ἐξ οὗ περ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν. Hinc etiam Æsch. S. c. Th. 295. ὕδωρ τε Διρκαῖον εὐτραφέστατον πωμάτων, ὅσων ἵησι Ποσειδᾶν ὁ γαιάοχος Τηθύος τε παῖδες. Ceterum vix risum effugere posse videtur hoc poetæ inventum, quo mulieres chori de morbo reginæ ab amica vestes lavante certiores factæ esse dicuntur. Quid enim? num ad mare usque progredi oportebat, ut hoc resciscerent? MATTH. Scholiasta, πέτρα τις ἐστὶν ὕδωρ Ὠκεάνιον στάζουσα, οὐ διιπετὲς οὐδὲ ὑέτιον, ἀλλ' αὐτομάτως ἀναβλύζον· πᾶν δὲ ὕδωρ Ὠκεανοῦ λέγεται.

Quibus in alio scholio additur, fuisse talem prope Trœzena rupem, ἐξ ἧς τὸ καταφερόμενον ὕδωρ βάπτει τὰς ὑδρίας, ὡς Διονυσόδωρος ἐν τῷ περὶ ποταμῶν λέγει.

123. βαπτὰν κάλπισι ῥυτὰν παγὰν] "Laticem tam copiosum, ut urnis aquam haurire potuerint ὑδροφόροι Trœzeniæ." Valck. Hesychius, hunc locum respiciens, exponit βαπτάν. ἀντλουμένην (i. e. *quæ hauritur.*) Callimachus in Lavacrum Palladis 45. Σάμερον ὑδροφόροι μὴ βάπτετε, nempe τὰς κάλπιδας. MONK.

124. παγὰν versui 123. addit Ald.

125. ὅθι] τόθι Par. D.E. Flor. 2. Lasc.

126. πορφύρεα φάρεα] Hæc cum a regibus et magnatibus fere gestata sunt, dignitatis aliquid inde narrationi accedit, facile alioqui fastidium creaturæ. Confer Helen. v. 181. MUSG. φάρεα πορφύρεα transposuit Hermannus de metr. p. 444.

129. κατέβαλλ' Monkius. κατέβαλ' Par. A. Flor. A. κατέβαλλεν Flor. 15. κατέβαλεν codd. ceteri cum Lasc. et Ald.

130. δέσποιναν] δεσποίνας Par. A. a pr. m.

131. Notandum antistrophi in media sententia initium: quod raro sibi permiserunt tragici.

132. ἐντὸς] ἔντοσθεν Par. A. Flor. 10.

133. φάρη Par. A. Vulgo φάρεα.

135. κατ' ἀμβροσίου στόματος dixisse videtur, quia δέμας ἁγνὸν ἔχειν σίτου idem est ac σῖτον κατὰ δέρης, λαιμοῦ μὴ διιέναι. MATTH. Sensus est, *Audio autem eam tertium hunc diem in pulchrum os cibum non accipere.* Habet quidem Euripides Orest. 41. ὧν οὔτε σῖτα διὰ δέρης ἐδέξατο: hic autem pro οὐ δέχεσθαι σῖτα dixit magis poetice ἴσχειν δέμας ἁγνὸν Δάματρος ἀκτᾶς, quomodo infra 1007. λέχους ἁγνὸν δέμας. Eustathius p. 438, 23. hunc locum respiciens, docuit pulchra quævis ἀμβρόσια dici, ut λόγος ἀμβρόσιος, νὺξ ἀμβροσίη, ἀμβρόσιαι χαῖται, καὶ ἀμβρόσιον στόμα. Ceterum Homericam locutionem Δ. ἀ., quæ fluxit ab Iliad. N. 322. Ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι Δημήτερος ἀκτὴν, sumpsit etiam Euripides apud Athenæum 4. p. 158 E. MONK.

139. κρυπτῷ codices et Lasc. κρυπτῷ τε Ald. a correctore metrico.

πάθει G. Burgesius præfat. ad Tro. p. xii. et recte fortasse.

Sed ferri potest librorum scriptura πένθει. Metri forma hæc est

– ́– ́– | ́– ◡ ◡ – | ◡ ́– –

in quo genere non raro sibi respondent – ́– – et – ́– ◡.

140. δύσταvον] δύστηνον Par. A. Flor. 10.

141. σύ τἄρ' Hermannus. σὺ γὰρ libri.

144. ὀρείας] οὐρείας Ald. et fortasse codices.

φοιτᾷς scholiasta. Legebatur φοιταλέον. In H. φοιταλέον φοιτᾷς. In Flor. 15. supra ὦ κούρα annotatum γρ. φοιταῖς. Transponendum autem φοιτᾶς ante ἢ ματρός. Quod vidit Bothius.

145. Sensus est: *Contabescis propter ea, quæ in Dianam venatricem peccasti quum nulla ei sacra* (pro his sunt ἄθυτοι πέλανοι) *feceris*, μὴ ἱερεύσασα πελάνους, qui ob hoc ipsum sunt ἄθυτοι. Accommodata vero est Dictynnæ mentio, quippe Cretensium deæ, quo spectat etiam quod sequitur, φοιτᾷ γὰρ etc. Similiter Ajacis furorem explicare conatur chorus apud Soph. Aj. 172. MATTH. De Diana insaniam immittere credita vid. quæ Lobeckius attulit Aglaoph. p. 1092.

149. χέρσον] χέρσων H.

150. Ald. δίναισι νοτίας ἅλμας. Lasc. Flor. 2. 15. Havn. δίναισι νοτίαις. Paris. A.B.D. sec. Musgr. Flor. 10. δίναις ἐν νοτίαις ἁ. sed Par. A. apud Valck. δίναις ἐν νοτίας. Flor. A. δίναις δ' ἴν' ἐννοτίαι. MATTH.

153. ποιμαίνει scholiasta. ποιμένει Flor. 15. Legebatur πημαίνει.

154. κρυπτὰ κοίτα] Libri κρυπτᾷ κοίτᾳ, nisi quod in Ald. κρυπτᾷ γε κοίτᾳ. Nominativos restituit Monkius.

λεχέων regitur a κρυπτὰ, tanquam esset κρύφα τῶν σῶν λεχέων. Monuit Musgravius.

158. φήμαν] Scribendum φάμαν.

160. εὐναία δέδεται ψυχάν] εὐναία δέδεται ψυχά Ald. εὐναίᾳ legit schol. (qui alteram etiam lectionem memorat) et sic Par. B.D. ψυχὰν legit schol. etiam ubi alteram lectionem memorat, ὑπὸ τῆς λύπης εὐναία ἡ Φαίδρα δέδεται τὴν ψυχήν, Paris. D. Flor. 15. ψυχᾷ (ψυχάν superscr.) Par. B. Pro δέδεται Par. A. δέδεται (σαι superscr.), Havn. δέχεται. MATTH.

162—170. ἁρμονίᾳ— | ἀμηχανία— | ὠδίνων— | ἤϊξε— | τὰν — | τόξων— | Ἄρτεμιν— | καί μοι— | αἰεὶ—φοιτᾷ Ald.

162. κακὰ] κακᾷ Par. A.H. Soph. Tr. 110. comparat Monkius κακὰν δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν.

164. Per ἀφροσύνας denotat poeta illam mentis depravationem, quam in morbis quibusdam fœminarum non raro accidere testatur Musgravius. Aliam lectionem δυσφροσύνας memorat schol. MONK.

166—170. Versus duo sic digerendi, τὰν δ' εὔλοχον οὐρανίαν τόξων μεδέουσαν ἀΰτευν Ἄρτεμιν· alter, καί μοι πολυζήλωτος ἀεὶ σὺν θεοῖσι φοιτᾷ.

168. ἀΰτευν Ἄρτεμιν Par. A. Flor. 10. Vulgo Ἄρτεμιν ἀΰτευν.

171. ἥδε τροφός, en nutricem, ut Æsch. S. c. Th. 368. καὶ μὴν ἄναξ ὅδ' αὐτὸς, Οἰδίπου τόκος, Εἰς ἀρτίκολλον ἀγγέλου λόγον μαθεῖν. Soph. Antig. 526. Καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη. MATTH.

173. αὐξάνεται codd. et Lasc. αὔξεται Ald.

179. λαμπρὸν, ὅδ'] λαμπρὸς ὅδ' Par. A.

181. κοίτας] Scribendum κοίτης ex Par. A.

185. οὐδέ σ'] οὐδὲν Flor. 2. Lasc. οὐδέν σ' Flor. 15.

188. τὸ μέν ἐστιν ἁπλοῦν] Id est τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἁπλοῦν. Vid. ad Med. 1094.

192. ἀλλ' ὅ τι] ἄλλό τι H. Ald.

193. ἀμπίσχων] ἀμπίσχον Lasc. Ald., non codices. ὁ σκότος tragici dicere solent, non τὸ σκότος, quod interdum intulerunt librarii, σκότους pro σκότου scribentes.

195. τοὐδ'] Id est τοῦ ζῆν.

γᾶν Par. A. Flor. 10. Vulgo γῆν, quod revocandum.

196. ἀπειροσύναν] Scribendum ἀπειροσύνην ex H.

197. κοὐκ ἀπόδειξιν] Conjunctim accipienda quasi esset κάλυψιν. MUSG. Vid. Duker. ad Thucyd. 1, 137. Kœn. ad Greg. Cor. p. 41. MATTH.

γαίας] γαῖαν Par. A.

198. αἴρετε] ἄρατε H. Flor. A. Ald. Pro var. lect. Flor. 2.

199. φίλαι] φίλων Flor. duo.

200. πρόπολοι] πρόσπολοι quinque codd.

201. μοι] μου Flor. 2. et Ald. In μοι consentit Dionys. Hal. περὶ συνθέσεως ὀν. p. 29, 41. MATTH.

κεφαλῆς] Scribendum κεφαλᾶς, ut in loco simili Medeæ v. 144, nisi hic vulgari forma usus est poeta, in sequentibus demum versibus Phædræ, crescente animi motu, ad Doricas

transiens. Phædram Doricis, nutricem vulgaris dialecti formis per totum hoc carmen uti, bene perspexit Matthiæ. Eadem ratio carminis Medeæ v. 96—203.

202. ὤμοις] ὤμοι H. οἴμοι Ald.

207. δὲ om. Par. H.

208. αἶ αἶ Par. A. et Flor. duo. Vulgo ἒ ἕ.

210. πῶμ' Porsonus. πόμ' libri.

ἀρυσαίμαν] ἀρυσαίμην Par. A. Flor. 10. 15. H.

210. Hunc versum respexit Eustathius p. 308, 33. κόμας δὲ λέγειν δένδρων τὰ φύλλα· ὅθεν καὶ Κομήτης λειμὼν παρὰ τῇ τραγῳδίᾳ· καὶ κομᾷν, τὸ ἐν αὐτοῖς θάλλειν. Citat Valck. Sophoclis Ant. 419. πᾶσαν αἰκίζων φόβην Ὕλης πεδιάδος. Callimach. in Dian. 41. ὄρος κεκομημένον ὕλῃ. Imitati sunt Latini: Virgilius Georg. 4. 122. *sera comantem Narcissum.* 137. *Ille comam mollis jam tondebat hyacinthi.* Horatius, *Et spissæ nemorum comæ.* MONK.

211. ἀναπαυσαίμαν] ἀναπαυσαίμην Par. A.

215. Hos versus, ob eximiam venustatem celeberrimos, imitati sunt Latini, Ovid. Epist. Her. 4. 41. *In nemus ire libet, pressisque in retia cervis, Hortari celeres per juga summa canes; Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto; Aut in graminea ponere corpus humo.* Tibull. 4. 3. 11. *Sed tamen ut tecum liceat, Cerinthe, vagari, Ipsa ego per montes retia torta feram; Ipsa ego velocis quæram vestigia cervæ, Et demam celeri ferrea vincla cani.* Ad quem locum plura congessit Heynius. Addas Virg. Eclog. 10, 55. MONK.

ὕλαν] ὕλην H.

218. ἐγχριμπτομένα] Sic Marklandus, nisi quod ἐγχριπτομένα scripsit. Libri vel ἐγχριμπτόμεναι, quod est in Par. A, vel ἐγχριπτόμεναι. Plutarchus hæc orationi suæ accommodans Mor. p. 52 B. πρὸς θεῶν ἔραμαι κυσὶ θωΰξαι βαλιαῖς ἐλάφοις ἐγχριπτόμενος, similiterque p. 959 B.

220. χαίταν ξανθὰν] χαίταν ξανθὴν Par. A. Flor. 10. H. χαίτην ξανθὴν Flor. 15.

220—222. Hos versus ita exponit scholiasta: οἱ μὲν ἀκοντίζοντες τὴν χεῖρα ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀνατείνουσι· τὸ δὲ σίδηρον τοῦ ἀκοντίου πρὸς τὸν κρίκον τοῖς δυσὶ δακτύλοις τοῖς μέσοις κατέχοντες, οὕτω ῥίπτουσιν. Phrasin ῥῖψαι παρὰ χαίτην illustrat Valckenærius, allato Virgilio Æn. 9. 417. *idem Ecce aliud summa telum vibrabat ab aure:* constat enim morem fuisse

Græcis a capite jaculari. Thessala hastilia memorantur etiam in Bacchis 1205. *οὐκ ἀγκυλωτοῖς Θεσσαλῶν στοχάσμασιν.* MONK.

224. *τί κυνηγεσίων καὶ σοὶ μελέτης*] Scribendum *μελέτη* ex Par. A. et H, versus ipse autem non ab Euripide scriptus, sed ab interpolatore. Ineptum est *καὶ σοὶ*, quod scholiasta utcunque explicat per *καθάπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν.* Sed veram fortasse totius versus scripturam servavit H. *τί σοι κυνηγεσίων μελέτη*, admisso iambo pro anapæsto, de quo genere versuum dixi ad Med. 1087. *κυνηγέσια* hoc uno loco legitur in tragicorum fabulis.

228. *Λίμνας*] Limna, locus littori proximus, ubi sita erant gymnasia, memoratur etiam infr. 1132. *Τὸν ἀμφὶ Λίμνας τρόχον*, ad quem versum scholiasta, *Λίμνη, τόπος Τροιζῆνος ἔνθεν Λιμνῆτις Ἄρτεμις καλεῖται.* MONK.

231. De equis Venetis loquitur Phædra, quos in solennibus Græcorum ludis celeberrimos fuisse constat. Hesych. *Ἐνετίδας, πώλους στεφανηφόρους, ἀπὸ τῆς περὶ τὴν Ἀδρίαν Ἐνετίδος· διαφέρουσι γὰρ ἐκεῖ.* Anachronismi igitur Euripides insimulatur in scholio quod sumpsit Eustathius p. 361, 21. quod hos equos heroicis temporibus tribuerit. Veneti enim, Paphlagoniæ gens (vid. Hom. Il. B. 851.) non nisi post excisam Trojam in Adriæ finibus, duce Antenore, consedisse perhibentur. Historiæ meminerunt Livius 1. 1. Virgil. Æn. 1. 242. MONK.

232. *παράφρων* Brunckius. Libri *παράφρον.*

233. *δὴ* om. Flor. duo. Hoc versu utitur Photius s. *νῦν δή.*

234. *πόθον*] *πόθεν* Flor. A. et Photius.

236. *πολλᾶς* Flor. A. Vulgo *πολλῆς*, quod revocandum.

237. *ὅστις* codd. et Lasc. *ὥς τις* Ald.

ἀνασειράζει] *ἀνασειράζω· ἀναχαλινῶ.* Suid. id est, *fræno retraho. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ταῖς σειραῖς παρακρουομένων ἵππων, καὶ τοῦ εὐθέος δρόμου παρεκβαλλομένων.* Schol. Hunc versum respexit Hesychius v. *ἀνασειράζει.* MONK.

238. *παρακόπτει φρένας*] *Delirare facit.* Non raro quidem *παρακόπτειν*, perinde ac *παραπαίειν*, significat *delirare:* sed nescio an alibi verbum activo sensu, ut hic, adhibeatur. Hinc tamen *παράκοποι φρενῶν insanientes*, Bacch. 33. et simpliciter *παράκοπος amens*, Bacch. 1000. Æsch. Prom. 601. MONK.

239. *δύσταvος—εἰργασάμαν*] *δύστηνος* et *εἰργασάμην* Flor. 15. *εἰργασάμην* etiam 2. 10. Par. A. Havn. MATTH.

240. γνώμας ἀγαθᾶς] γνώμης ἀγαθῆς Flor. tres et H.

241. ἄτᾳ] ἄτῃ Par. A. Flor. tres, Havn. MATTH.

242. τλήμων] Scribendum τλάμων.

243. κεφαλάν] κεφαλήν Flor. 15. et H.

245. δάκρυ] δάκρυα H. et Flor. A. 10. μοι om. Flor. A.

246. αἰσχύνην] Scribendum αἰσχύναν.

247. γνώμαν] γνώμην Par. A. Flor. 10. 15. H.

ὀδυνᾷ] λυπεῖ, καταπονεῖ interpretatur Hesychius, fortasse ex hoc loco. MONK.

253—259. Hos versus usibus suis accommodavit Cicero de Amicitia 13. 45. *Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam: sed nihil est quod illi non persequantur argutius: partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus: satis superque esse suarum cuique rerum; alienis nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas: caput enim esse ad beate vivendum, securitatem; qua frui non possit animus, si tanquam parturiat unus pro pluribus.* Suspicatur Valckenærius Ciceronem hæc, ut permulta alia, sumpsisse e Chrysippo, qui, cum Euripidis studiosissimus esset, potuerat nostros versus in Libro suo περὶ φιλίας adhibuisse. MONK.

254. θνατοὺς Plut. Mor. p. 95 E. Vulgo θνητοὺς, quod revocandum.

255. ψυχᾶς Flor. 15. Vulgo ψυχῆς, quod restituendum.

256. στέργηθρα] θέλγητρα Plutarchus. Eodem modo variatur in libris Æschyli Prom. 501. MONK.

259. ψυχὰν] Scribendum ψυχὴν ex Par. A. et H.

261. ἀτρεκεῖς ἐπιτ. *vera studia*, sunt quæ serio, omni animi contentione, in aliquid conferuntur, ideoque accurata, ἀκριβεῖς, ut interpretatur schol. et Hesych. MONK.

268. ὁρῶμεν] Scribendum ὁρῶ μὲν cum Monkio.

273. ἥκεις] ἥκει Flor. A. 10. Par. D. quod pro v. l. memorat etiam schol. *Eodem recidis:* i. e. non magis scio, quæ origo morbi sit, quam quis morbus. MATTH.

275. τριταίαν] Vid. ad Hec. 32.

γ' om. Par. A. Flor. A. 10.

283. πλάνον] πλάνην Par. A. H. In Flor. A. 10. φρενῶν πλάνον. Eustath. p. 335, 44. καὶ πλάνος φρενῶν, ἡ πλάνη.

284. εἰς] Scrib. ἐς ex Flor. 2.

πᾶν Flor. A. 10. Par. B.D. Havn. Vulgo πάντ'.

288. ἄγ'] ἀλλ' Ald. et margo Flor. 2.

πάροιθε] πάροιθεν Flor. 15. H.

294. συγκαθιστάναι Ald. συγκαθεστᾶναι Havn. At Lasc. Par. A.E. Flor. A. 2. 10. 15. συγκαθίσταντai, Par. B.D. συγκαθέσταντai. Musgrav. vidit similem esse constructionem Homericæ Il. T, 140. δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχεῖν. MATTH.

296. ἰατροῖς] ἰατρῷ Flor. 2.

298. εἴ] ἦν Ald. et Flor. 2. a correctore.

301. πόνους] λόγους Flor. A. 10.

302. τῷ Scaliger. Libri τῶν.

303. ἐτέγγεθ'] ἐθέλγεθ' Ald. rell. Sed ἐτέγγεθ' Flor. A. 10. Paris. omn. Havn. ἐθέλγεθ' Flor. 2. sed supra adscriptum γρ. ἐτέγγεθ'. Contra ἐθέλγεθ' pro v. l. memorant Par. A.B. ἐτέγγεθ' accommodatius, ubi sermo est de obstinata animi voluntate mollienda et expugnanda, quam θέλγεσθαι, quod de affectu mitigando usurpatur. MATTH.

306. δόμων] θρόνων Par. A.

312. αὖθις post τοῦδ' ponit Par. A.

αὖθις] *Posthac.* Hesychius, αὖθις: πάλιν, ἢ μετὰ ταῦτα. MONK. Recte, nisi αὖθις σιγᾶν pro μὴ αὖθις λέγειν dictum est.

316. φέρεις] φορεῖς Par. A.

318. Verte, *num e calamitate ab inimico aliquo tibi illata?* ἐπακτόν. ἔξωθεν ἐπηγμένον. Hesych. Exponit scholiasta, ἐπακτὴ πημονὴ, ἔξωθεν ἐπαγομένη γοητεία παρὰ τῶν ἐχθρῶν. MONK.

322. ἐξαίρειν hic est *excitare, impellere,* ut in Alcest. 356. Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν Αὐλόν. qua significatione sæpius dicitur ἐπαίρειν. MONK.

324. ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι] *Tua vero opera s. culpa propositum meum non assequar, conatu meo* te flectendi *excidam.* MATTH. Longe alia mens est poetæ. Quippe illud οὐ δῆθ' ἑκοῦσα non est ad remotius illud Phædræ ἔα μ' ἁμαρτεῖν referendum, ut sit οὐ δῆθ' ἑκοῦσά σ' ἐάσω ἁμαρτεῖν, sed ad id quod postremum posuit οὐ γὰρ ἐς σ' ἁμαρτάνω. Ad quod illa respondet οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γε, scilicet εἰς ἐμὲ ἁμαρτάνεις, ἐν δὲ σοὶ λελείψομαι. Non quidem consilio in me peccas, sed si tu peribis, ego quoque occidero. Confer Alc. 389. ὄρθου πρόσωπον, μὴ λίπῃς παῖδας σέθεν.—οὐ δῆθ' ἑκοῦσά γ', ἀλλὰ χαίρετ', ὦ τέκνα. L. DINDORF.

325. ἐξηρτημένη H. et Flor. 15. Legebatur ἐξαρτωμένη, quod revocandum.

326. σῶν γε] τῶνδε Par. B.D. σῶν, omisso γε, Par. A.H.

329. ὀλεῖ nutrici tribuendum, et Phædræ orationem a verbis τὸ μέντοι πρᾶγμ' incipiendam censuit Valck. Firmari hoc poterat e scholiastæ verbis, ἢ οὕτως· ἐὰν μή μοι εἴπῃς, ἀποθανῇ. Sed recte monuit Monk. in hujusmodi dialogis non solere versum inter duas personas dividi. Musgr. conj. ὀλεῖς, quod comparat cum Hor. Epod. 14. *occides sæpe rogando.* Aptius exemplum excitare poterat e Soph. El. 831. ubi, quum Chorus verbis ὦ παῖ, τί δακρύεις et μηδὲν μέγ' ἀΰσῃς significasset non nimis lugendum esse Electræ, hæc respondet, ἀπολεῖς, quod ipsa deinde disertius explicat verbis, εἰ τῶν φανερῶς οἰχομένων εἰς Ἀΐδαν ἐλπίδ' ὑποίσεις, κατ' ἐμοῦ τακομένας μᾶλλον ἐπεμβάσει. Sic h. l. Phædra nutrici enixe oranti, ut sibi causam morbi aperiat, ὀλεῖς, inquit, quo indicat, gravissimum sibi esse quod illa facere se velit. Orest. 155. ὀλεῖς non est *perdes Orestem*, sed *gravissimum mihi feceris.* Ita cepisse videtur unus ex iis, qui scholia ad h. l. conscripserunt: εἶτα, φησὶν, ἀπολοῦμαι. τὸ δὲ ἀπολέσθαί με τιμήν μοι φέρει. Hæc enim ad lectionem ὀλεῖς, superiora, ἐὰν μή μοι εἴπῃς, ἀποθανῇ, ad ὀλεῖ spectare videntur. Sed ὀλεῖ etiam habet quo se tueatur. Hoc enim ubi Phædra dicit, continuare videtur, quod v. 326. dixerat: κάκ', ὦ τάλαινα, σοὶ τάδ', εἰ πεύσει, κακά· ὀλεῖ. Quid sibi velint illa in scholiis, τοῦ δὲ στερηθῆναί σου μεῖζον οὐκ ἔστι μοι κακόν. εἶτα, φησὶν, ἀπολοῦμαι, non intelligo. Ceterum Havn. πρᾶγμα τιμὴν ἐμοί. MATTH.

330. ἐμοῦ] ἐμοὶ Par. A. Flor. 10.

331. Lasc. Ald. ἐκ τῶν γὰρ ἐσθλῶν αἰσχρὰ μηχανώμεθα. Flor. 15. ἐκ τῶν γὰρ αἰσθλῶν (sic) αἰσχρὰ μηχ. Flor. 2. 10. et pro v. l. Par. B. ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν ἐσθλὰ μηχ. Utramque lectionem memorat schol. Ego lectionem codd. prætuli. Quæ antea dixerat Phædra τὸ μέντοι πρᾶγμ' ἐμοὶ τιμὴν φέρει, nunc dicere non poterat αἰσχρὰ μηχανώμεθα, sed ἐσθλὰ, ἐκ τῶν αἰσχρῶν, *quum turpem amorem effugero.* MATTH.

333. δεξιάν τ' ἐμὴν codices. δεξιᾶς τ' ἐμῆς Lasc. Ald.

337. ὦ μῆτερ, οἷον τλῆμον H.

338. ὃν ἔσχε ταύρου] Ex his et sequentibus sumpta erant quæ Ovidii Phædra dixit, Epist. Heroid. 4. 53. *Forsitan hunc*

generis fato reddamus amorem; Et Venus e tota gente tributa petat.—Pasiphae mater, decepto subdita tauro, Enixa est utero crimen onusque suo. Perfidus Ægides, ducentia fila secutus, Curva meæ fugit tecta sororis ope. En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar, In socias leges ultima gentis eo. MONK.

345. ἅμ' (sic legitur in editione mea Lipsiensi: divisim ἅ μ' typothetæ culpa in editione Oxoniensi) ἐχρῆν] Corrigendum ἀμὲ χρὲ, quod et sensus postulat et apud Aristophanem legitur hoc versu utentem in Equit. 16.

347. τί τοῦθ' ὃ δὴ λέγουσιν ἀνθρώπους ἐρᾶν] Breviter loquitur pro τί τοῦτο, τὸ ἐρᾶν, ὃ λέγουσι ποιεῖν ἀνθρώπους; MATTH.

349. εἶμεν] ἦμεν H. Flor. 10. Eadem corruptela sublata Alc. 921. similiterque εἶτε in ἦτε corruptum in libris omnibus apud Soph. Ant. 215.

κεχρημένοι Par. A. Vulgo κεχρημέναι.

350. ἀνθρώπων] ἀνθρώπου H.

354. ἀνασχέτ'] ἀνασχετὰ Flor. 2. 10. 15. ἔτ' ἀνάσχετα H, quod metro accommodari posset ἔτ' ἀνσχέτ' scribendo (ut ἠνσχόμην pro ἠνεσχόμην dixit Sophocles), si quid unius codicis auctoritati tribuendum esset.

356. ἀπαλλαχθήσομαι] ἀπαλλαγήσομαι Chr. Pat. 369.

360. γίγνεται] γίνεται Par. A. τι γίνεται H.

362. Strophæ huic respondet antistrophus inde a v. 668. satis longo intervallo. Similiter in Rheso versibus 454—466. respondent v. 820—832.

Recte Ald. ἄϊες—ἀνήκουστα τᾶς uno versu comprehendit, qui ex duobus pæonibus et dochmio est compositus.

364. Ald. πρὶν σὰν φίλαν καταλῦσαι φρενῶν. Pro φίλαν Par. A.B.D. Flor. 15. Havn. Lasc. φιλίαν. καταλύσαι Par. B.D. κατανύσαι Par. A.E. Flor. 10. Lasc. κατανῦσαι Flor. 2. Tandem φρένα Flor. A. 10. Par. B. (sed supra scripto ῶν) D. MATTH. Recepi emendationem Elmsleii πρὶν σᾶν, φίλα, κατανύσαι (καθανύσαι Elmsleius) φρενῶν. De constructione verbi κατανύειν cum genitivo confer quæ ad Soph. El. 1451. diximus.

365. ἰώ μοι Par. A. Flor. A. 10. ἰώ μοί μοι Flor. 2. Lasc. Ald. οἴμοι οἴμοι Flor. 15. ὤμοι H. Alterum φεῦ om. Flor. 2. H. Lasc.

367. *τρέφειν* a tragicis dicuntur hominem quæ eum ubique et continuo comitantur. Hinc Soph. Œd. T. 374. *μιᾶς τρέφει πρὸς νυκτός*. MATTH.

368. *ἐξέφηνας*] *ἐξέφανας* H.

369. *παναμέριος* dictum videtur, ut apud Soph. Trach. 660. *ὅθεν μόλοι πανάμερος*, i. e. *ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ*, sicut apud Hom. *παννύχιος* non est *per totam noctem*, sed *noctu*. MATTH.

370. *τελευτάσεται* pars codicum. Alii *τελευτήσεται* cum Lasc. Ald.

371. *οἶ*] *ἧ* H.

τύχα] *τύχη* H. et Flor. 2.

377. Hæc ridet Aristoph. Ran. 962. *ἤδη ποτ' ἐν μακρῷ χρόνῳ νυκτὸς διηγρύπνησα τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυῶ ζητῶν τίς ἐστιν ὄρνις.*

379. *τόδε* codices. *τάδε* Ald.

381. *οὐκ ἐκπονοῦμεν δ'*] *κοὐκ ἐκπονοῦμεν* Par. E. Flor. 2. Lasc. omisso δ', quod deest etiam in Flor. 15. Havn. MATTH.

387. *ἥστην*] *ἥτην* schol. Homeri Il. A, 104.

γράμματα] *πράγματα* Par. A.B. et pro var. lect. Flor. 15. *γράμματα* dixit Menander in loco simillimo apud Athen. 13. p. 571 E. *γράμματε* legit scholiasta Homeri.

388. *προγνοῦσ'* Par. A. et, si quid ex silentio colligendum, Flor. tres. Vulgo *φρονοῦσ'*.

393. *ἐνέγκαιμ'*] Scribendum *ἐνέγκοιμ'*.

398. *δὲ*] *τε* Par. A. Flor. A. 15.

400. *τοισίδ'* Brunckius. Legebatur *τοῖσιν*.

402. *βουλεύμασιν*] *βουλευμάτων* Flor. A. 10.

405. *δυσκλεᾶ*] Scil. *οὖσαν*, ut Soph. Œd. C. 806. *ἄνδρα δ' οὐδέν' οἶδ' ἐγὼ δίκαιον*, sc. *ὄντα*. MATTH.

406. *τε*] *δὲ* Par. A.

418. *τέρεμνα*] *τέραμνα* Lasc.

419. *ἀποκτείνει*] *ἀποκτενεῖ* Flor. 15. H. Ald.

429. *προθεὶς*] *προσθεὶς* Ald. et Stobæi 90, 11. codex Paris.

παρθένῳ νέᾳ] *παρθένος νέα* Ald. Sed puella non potest cum tempore comparari; hoc enim aliis hominem indicat, illa se sibimet ipsi; hoc *προτίθησι κάτοπτρον*, illa *προτίθεται*, *sibi proponit*. Itaque comparatio ad *κάτοπτρον* tantum pertinet, non ad *χρόνον*. MATTH.

431. *ἁπανταχῇ*] *ἁπανταχοῦ* Ald.

432. *κομίζεται* Flor. 2. 15. Lasc. Ald. cum Chr. Pat. 547: quibus auctoribus qui vulgo additur Stobæus 5, 20, rectius

omittitur, quum excerptum illud a cod. Paris. absit. καρπίζεται Par. A.B.D. Flor. A. 10. H. quod restituendum. Quum aliquoties apud tragicos legatur καρποῦσθαι, non ferendum videbatur Valckenario καρπίζεται. Quod sponte intelligitur quam sit infirmum argumentum.

438. ἀπέσκηψαν Par. A. Flor. 10. 15. Vulgo ἐπέσκηψαν.

441. οὔ τἄρα] οὔτ' ἄρα codd. et Lasc. οὐκ ἄρα Ald.

λύει] Legebatur γ' οὐ δεῖ. Correxit Valckenarius ex scholiasta, qui in interpretatione sua posuit οὐ λυσιτελεῖ, οὐ χρὴ, οὐ συμφέρει.

443. φορητὸν Stobæus 63, 5. Legebatur φορητός. in quo consentit schol. Troad. 990.

445. ἂν] αὖ Flor. 2. 15. H. In ἂν consentit Stobæus 63, 5.

450. ἔκγονοι] ἔγγονοι Flor. 10. 15. Ald.

456. Aliter quidem Homerus Odyss. O, 249. Ἀλλ' ἤτοι Κλεῖτον χρυσόθρονος ἥρπασεν Ἠὼς, κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη. MONK.

461. γε om. H.

στέρξεις] στέργεις Flor. 15. Lasc. Ald.

462. εὖ φρενῶν] εὖ φρονεῖν Flor. A. 10. εὐφρονεῖν H.

463. δοκεῖν] θ' addit Par. A.

467. χρῆν Par. A. Flor. A. 10. H. Vulgo χρή.

468. 469. Οὐδὲ στέγην γὰρ, ἧς κατηρεφεῖς δόμοι, καλῶς ἀκριβώσειαν] Legere se solitum scribit Marklandus, Κανόνες ἀκριβώσειαν, Normæ, seu *Regulæ exquisite faciunt*, vel *facere solent:* seque minime dubitare *cum ex sensu tum ex scholiaste, sub voce* Καλῶς *delitescere vel* Κανόνες, *vel* Κανὼν *vel* Κανόσιν. Alter quidem scholiasta vulgatas nobis easdem voces invenit; ad has enim pertinent in scholiis ista: οὐδὲ στέγην γὰρ, ὑφ' ἧς οἱ δόμοι κατηρεφεῖς γίνονται, ἀκριβώσειαν, οἱ τέκτονες δηλονότι. Aliam lectionem hæc spectasse videntur. εἶτα πρὸς μὲν ξύλων συνθέσεις κατὰ κανόνας εὐσυνθέτους οὐκ ἐφίκετο τῆς ἀκριβείας ἡ τέχνη· σὺ δὲ &c. Certe mihi quoque placet una de Marklandi conjecturis, ut pro Καλῶς legatur Κανὼν, sequenti tum verbo ἀκριβώσειαν mutato in ἀκριβώσει' ἂν id est ἀκριβώσειε ἄν. Sed præterea vitiosum ἧς mutandum arbitror in ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι· sic itaque hæc legenda:

Οὐδὲ στέγην γὰρ ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι,
κανὼν ἀκριβώσει' ἄν.

Neque enim tecti ligna, quibus domus sunt opertæ, Regula

accurate coagmentaverit. Sic accepta apte mihi videntur ad proxima respondere. Lucretius 4. 516. *in fabrica, si prava 'st Regula prima, Normaque si fallax &c.——Omnia mendose fieri, atque obstipa necessum 'st, Prava, cubantia, prona, supina, atque absona tecta.* Pallas navis Argoæ κανόνεσσι δάε ζυγὰ μετρήσασθαι, Apollon. Rhod. 1. 724. ubi vid. schol. Æschines c. Ctesiph. p. 82. 25. ἐν τῇ τεκτονικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ, τὸν Κανόνα προσφέρομεν ᾧ διαγινώσκεται. Xenophon qui dicitur in Agesilao edit. Hutch. p. 78. καλὸν εὕρημα ἀνθρώποις στάθμη καὶ κανὼν πρὸς τὸ ἀγαθὰ (leg. puto πρὸς τὸ ὀρθὰ) ἐργάζεσθαι. Ut Ciceroni junguntur *perpendicula, normæ*, et *regulæ*, Platonis in Philebo Socrates p. 56 B. ἡ τεκτονικὴ, inquit, κανόνι χρῆται καὶ διαβήτῃ καὶ στάθμῃ. de Pelope Sophoclis Hippodamia:

ἐξοπτᾷ δέ με
Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν, ὥστε τέκτονος
Παρὰ στάθμην ἰσοῦντος ὀρθοῦται κανών·

sic corrigenda putem apud Athen. 12. p. 564 B. vulgata ὡς τέκτονος παρὰ στάθμην ἰόντος.—— Quod apud Euripidem vulgatur ἧς κατηρεφεῖς δόμοι, neminem arbitror comparaturum cum Athen. 1. p. 12 A. ubi *quarumvis rerum bonarum refertæ mensæ*, τράπεζαι dicuntur eleganter Anacreonti κατηρεφέες παντοίων ἀγαθῶν· vid. L. Kuster. in Aristoph. Ach. v. 874.— meum, ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι, satis, opinor, tueri poterunt Homeri σπέος——δάφνῃσι κατηρεφὲς, Od. 1. 183; Hesiodi δώματα—— Μακρῇσι πέτρῃσι κατηρεφέα, Theogon. v. 777; Theocriti Αἴγειροι πτελέαι τε, Χλωροῖσιν πετάλοισι κατηρεφέες κομόωσαι, Eid. 7. 9.——Dicitur et συνηρεφής. In Alciphronis Epistola nondum edita: πέτρα τις ἦν συνηρεφὴς κατὰ τὴν κορυφὴν δάφναις καὶ πλατανίστοις. eadem epistola scripta præbet: σκευηρεφῆ τινα λόχμην. ubi scribi debuerat συνηρεφῆ. VALCK. Verissima est Valckenarii emendatio ᾗ κατηρεφεῖς δόμοι, κανὼν ἀκριβώσει' ἄν. Genitivum frustra defendit Porsonus Archilochi exemplo apud Plut. Mor. p. 604 C. ἥδε δ' ὡς ὄνου ῥάχις | ἕστηκεν ὕλης ἀγρίης ἐπιστεφής.

471. ἔχεις codd. et Lasc. ἔχοις Ald.

474. δ' codd. et Lasc. θ' Ald.

475. θέλειν] θέλεις Flor. A.

480. ἢ τἄρ' ἂν Brunckius, nisi quod ἢ τ' ἄρ' ἂν scripsit. ἢ γὰρ ἂν Par. A. Flor. A. 10. H. Vulgo ἤ τ' ἀρά γ'.

482. χρησιμώτερα] χρησιμώτερον H.

484. δυσχερέστερος] δυστυχέστερος Par. A. H. Flor. A. 10. 15.

488. δεῖ] χρὴ H. Flor. A. 10.

491. ὡς Par. A. H. Flor. tres, Lasc. εἰς Ald.

διιστέον] διοιστέον editionis Ald. vitium.

492. ἐξειπόντας] De sola nutrice accipiendum. *Quam celerrime explorandum mihi est,* utrum amori Phædræ respondeat Hippolytus necne, *aperte et sine ambagibus rem Hippolyto declaranti.* MATTH.

493. *Si enim in tanto vitæ discrimine non versareris, si vero sanæ mentis esses, ut tute rebus tuis consulere posses, nunquam* etc. BRUNCK.

496. προσῆγον] Scribendum προῆγον cum Scaligero. Eadem corruptela Androm. 27.

498. συγκλήσεις Par. A. Vulgo συγκλείσεις. συγκλείσης H.

501. ἐκσώσει γέ σε Par. A. H. Flor. A. 10. 15. Vulgo ἐκσώσειέ σε.

503. σε Porsonus. Legebatur γε. Phœn. 1665. ναὶ πρός σε τῆσδε μητρὸς Ἰοκάστης, Κρεόν.

505. τᾀσχρὰ] Libri alii τἀσχρὰ sine iota subscripto, alii τὰ 'σχρά.

508. εἰ δ' οὖν i. e. εἰ δὲ μὴ δοκεῖ σοι ἁμαρτάνειν. Soph. Antig. 720. φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ, φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων· εἰ δ' οὖν (i. e. εἰ δὲ μὴ ἔφυ ἐπιστήμης πλέως) —— καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν. MATTH.

513. Scholiasta, Δεῖ, φησὶν, αὐτῇ φαρμάξει σημεῖον ἐκ τοῦ Ἱππολύτου τι λαβεῖν, ἢ λόγον μνημόνευμα, ἢ κρασπέδου ἀπόσπασμα· καὶ τῷ μὲν λόγῳ αὐτοῦ τὸν λόγον τῆς Φαίδρας συνάψαντας ἐπᾴδειν, τὸ δὲ ἀπόσπασμα ἐσθῆτος πάλιν ἐπαοιδαῖς ἀποσπάσματι τῆς ἐσθῆτος Φαίδρας συνάπτειν. Citant editores quæ in re simili fecit Theocriti Pharmaceutria, Idyll. 2. 53. Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις, Ὦ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω. et Virgiliana comparant, Eclog. 8. 91. *Has olim exuvias mihi perfidus ille reliquit, Pignora cara sui.* Lucian. vol. 3. p. 288. 65. δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τοιούτων. In iis quæ sequuntur Lucianus morem per nomina incantandi attigit. MONK.

518. Conf. Æsch. Prom. 488. Οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε

βρώσιμον, Οὐ χριστὸν, οὔτε πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων Χρείᾳ κατεσκέλλοντο. Eurip. Suppl. 1119. *Μισῶ δ' ὅσοι χρῄζουσιν ἐκτείνειν βίον, Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι Παρεκτρέποντες ὀχετὸν, ὥστε μὴ θανεῖν.* De diversis *φαρμάκων* generibus v. Blomfield. in Glossario ad locum Æschyli. MONK.

525. ὃ] ὃς Par. A.E. Havn. Flor. A. 2. 10. Lasc. et Eustathius p. 432, 6. MATTH. Homerici ὃ pro ὃς positi unicum hoc est e tragicis exemplum.

ὀμμάτων] De amore per oculos in viscera penetrante multi multa notarunt hic non retractanda: præivit et in his Euripidi Æschylus Agam. v. 750. Suppl. 1017. Sophoclis versus et alia dat Athenæus 13. p. 564. causam tradit Plutarch. Moral. p. 281. A.B. VALCK.

527. *ψυχαῖς*] Par. B.D. Flor. 10. H. Libri reliqui *ψυχᾷ*, quod revocandum.

οἷς Par. B.D. *αἷς* H. Vulgo *οὓς*, quod revocandum.

530. *Πυρὸς βέλος* est *vis flammæ*; per *ἄστρων βέλος fulminis telum* vel *fulmen* intelligo, sæpe *βέλος*, et *βέλος κεραυνοῦ* Sophocli dictum, *πυρπάλαμον βέλος Διὸς* Pindaro Ol. 10, 96. VALCK.

531. *ὑπέρτερον—οἷον*] Vulgaris sermo postularet, *οὔτε γὰρ πυρὸς ο. ἄ. ὑπέρτερον βέλος ἐστὶ τοῦ τᾶς Ἀφροδίτας (βέλους), ὃ Ἔρως ἵησι*, sed quum dici posset et *ὑπέρτερον βέλος ἐστὶν ἐκείνου, ὅ*, et *τοιοῦτον βέλος ἐστὶν, οἷον*, poeta utrumque conjunxit. MATTH. Similiter Theocrit. 9, 35. ab L. Dindorfio comparatus, *οὔτε γὰρ ὕπνος οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον ὅσσον ἐμὶν Μῶσαι φίλαι.*

533. *χερῶν*] *χειρῶν* pars codicum.

534. *ὁ Διὸς παῖς*] *Jovis filius* etsi in Græcorum libris superstitibus non nominatur Cupido, quis tamen præstare ausit, eum nec in deperditis Jove natum memoratum esse. Græcos certe auctores secuti sunt Virg. Cir. 134. Lactant. Instit. 1, 17. Apul. Met. 6; quæ loca citavit Musgrav. Valck. conjectura *ὀλίγος παῖς* a gravitate lyrici carminis nimium distat. MATTH.

535. *ἄλλως ἄλλως*] *ἄλως ἄλως* H.

Ἀλφεῷ] *Ἀλφειῷ* Par. A.H.

536. *ἐπὶ*] *ἐν* Flor. 2. et Lasc.

τεράμνοις] Scribendum *τερέμνοις* cum Monkio.

537. *αἶ* additum ab Hermanno de metr. p. 445.

ἀέξει codices et Lasc. *ἀέξει δὴ* Ald.

538. τὸν om. Par. A.

539. τᾶς] τῆς Par. A.

541. κληδοῦχον] κλειδοῦχον Par. A.H. Flor. 10. 15.

οὐ σεβίζομεν· *non colimus*, publico certe cultu non dignamur Amorem; cui primus fertur Charmus ætate Pisistrati altare statuisse in Academia. VALCK. Meminit Athenæus 13. p. 609 D. Ad hanc rem respexit idem 13. p. 561 D. quem exscribam: Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέχονται συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προεστάναι τὸν Ἔρωτα, ὥστε, τῆς Ἀκαδημίας ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸν Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῷ. MONK.

542. πάσας H. Vulgo πάσης.

544. θνατοῖς] θνητοῖς Par. A. Flor. 10. 15.

545. τὰν] Iolen dicit, de qua v. annotationem scholiastæ.

Οἰχαλίᾳ] Omittitur præpositio ἐν, ut in Soph. Trach. 171. Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη. Phœn. 617. Μυκήναις. Androm. 439. 705. Τροίᾳ, et alibi. Aptissime confert Elmsleius Helen. 381. Ὦ μάκαρ Ἀρκαδίᾳ ποτὲ παρθένε. MONK.

548. πῶλον ἄζυγα λέκτρων, explicat scholiasta per παρθένον, ἄπειρον γάμων. Πῶλος apud Græcos modo de *juvene*, modo de *puella* dicebatur; quod monuit Hesychius in voce. In Rhes. 261. ἐπὶ πῶλον, scil. Helenam. In Androm. 621. Peleus, ad Hermionam, Helenæ filiam, alludens, inquit, μήτε δώμασιν λαβεῖν Κακῆς γυναῖκος πῶλον. Eubulus Athenæi 13. p. 568 E. πώλους Κύπριδος. Anacreon Od. 60. 1. Πῶλε Θρῃκίη. MONK.

549. ζεύξασ' ἀπ' εἰρεσίᾳ (*navigatione, navi, domo abreptam*) Matthiæ. Legebatur ζεύξασ' ἀπειρεσίαν. ζεύξασ' ἄπο legit scholiasta, qui interpretatur ἀποζεύξασα καὶ ἀποχωρίσασα τῶν οἴκων.

εἰρεσίᾳ] Sic ὅταν—εἰρεσίᾳ πελάζῃ Σιμουντίοις ὀχετοῖς Iph. A. 754. MATTH.

550. Ald. τὰν ναΐδ' ὅπως τε βάκχαν. τάν omittunt Flor. A. (qui pro τὰν ναΐδ'. habet ἀΐδαν) 10. 15. Par. A.B.D. Havn. (qui ναΐδαν habet). Par. E. τὰν ἀϊδ'. Hinc Musgr. τιν' ἄϊδος ὥστε βάκχαν. Videtur tamen τάν servari posse. Βάκχαν Ἅιδου non interpretor *Furiam*; sed Βάκχαι vocantur, quæcunque gravi animi motu, ira, dolore, metu, percitæ sunt, ut sui non sint compotes, quarum furor si aliis exitium affert, ᾄδου βάκχαι appellantur, ut Hec. 1054. et Herc. fur. 1091. Hercules liberis occisis vocatur Ἅιδου Βάκχος. Alio sensu βάκχα νεκύων

Phœn. 1489. Cum βάκχαν jungo δρομάδα, ut Suppl. 1002, loco a Monkio allato, junguntur προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν οἴκων ἐκβακχευσαμένα. Iole autem exitii causa fuit Herculi et Deianiræ. Ceterum Flor. A. βάκχαι pro βάκχαν. MATTH. Recepi emendationem Musgravii: sed servare debebam τὰν, de quo recte judicat Matthiæ.

552. φονίοις] φοινίοις H.

δ'] Pro θ' legitur in editione Oxoniensi typothetæ culpa.

ὑμεναίοισιν Brunckius, conjectura incerta, quum de scriptura versus antistrophici non liqueat. ὑμεναίοις libri.

553. ἐξέδωκεν] ἔδωκεν Par. A. Flor. 10. H.

554. τλάμων Heathius. τλᾶμον libri.

557. συνείποιτ'] συνείπετ' Flor. A. 10.

ἁ Κύπρις οἷον Monkius. Libri οἷον ἁ Κύπρις.

562. φονίῳ] φοινίῳ H.

κατεκοίμασε Brunckius. κατεύνασε vel κατεύνασεν libri. Minus probabiliter κατέλυσεν Bothius, servato in versu strophico ὑμεναίοις.

563. δεινὰ γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ] Ald. δεινὸν γὰρ τὰ πάντ' ἐπιπνεῖ. δεινὰ Par. A. tres Florr. Havn. Sed Flor. A. δεινὸς γὰρ πάντα γε πιτνεῖ, et sic Flor. 10. Havn. nisi quod hi δεινά. Paris. A. δεινὰ γὰρ πάντα γε ἐπιπιτνεῖ, sed supra scr. ἐπιπνεῖ, non πιτνεῖ, ut erat in collatione, qua usus est Valck. δεινὰ γὰρ πάντα ἐπιπνεῖ Flor. 15. Aldinam lectionem habet Flor. 2. nisi quod hic δεινά. MATTH.

564. οἷα] Scribendum οἷα cum Monkio.

566. δόμοισι σοῖς] Scribendum δόμοισί σοι cum Elmsleio.

567. ἐκμάθω] ὡς μάθω Par. E. Flor. 2. ex glossemate.

568. τὸ μέντοι φροίμιον κακὸν τόδε] In his respicit chorus ad Phædræ vocem ἐξειργάσμεθα. Confer Phœn. 1356. ΑΓ. Οἰχόμεσθ'· ΚΡ. οὐκ εὐπροσώποις φροιμίοις ἄρχει λόγου. Troad. 713. Τί δ' ἔστιν, ὥς μοι φροιμίων ἄρχει κακῶν; Hec. 183. Τί με δυσφημεῖς; φροίμιά μοι κακά. MONK.

569. ἰώ μοι] Scribendum ἰώ μοί μοι, ut ἰώ μοί μοι, αἰαῖ legitur in Alc. 863.

αἰαῖ] αἶ quater est in Ald. ter in Par. A. bis in Flor. A. 10.

571—595. Hos dochmios in monometros dividit Ald. nisi quod 574. φήμα—ἐπίσσυτος et 593. κρυπτὰ—ὄλλυσαι uno versu comprehendit.

572. ἔνεπε] ἔννεπε Flor. tres hic et 580.

573. φῆμα] Scribendum φάμα cum Monkio.

576. πίτνει] πιτνεῖ libri.

578. κλῇθρα] κλεῖθρα Flor. 10. H. "Chorus non in scena constitutus erat, sed in orchestra. Pollux 4, 123. σκηνὴ μὲν ὑποκριτῶν ἴδιον, ἡ δὲ ὀρχήστρα τοῦ χοροῦ. Situs autem orchestræ multo depressior erat, quam scenæ. Id. ibid. 127. εἰσελθόντες δὲ κατὰ τὴν ὀρχήστραν, ἐπὶ τὴν σκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουσι. Unde sequitur, etiam chori stationem ante scenam fuisse; alioqui a spectatoribus conspici non potuisset. Hinc intelligimus, cur Phædræ dicat chorus: σὺ παρὰ κλῇθρα, *tu ad portam es.*" MUSG.

585. ἀχὰν Elmsleius ad Heracl. 752. Scribebatur ἰαχάν.

σαφὲς] σαφῶς Flor. A. 10. Par. B.

ὅπα] Scil. ἔχει ἰαχά. *quanam ratione se habeat clamor*, i. e. *quæ verba sint clamantis.* MATTH. ὄπα Par. B.D. et Lasc. Alii ὅπα cum Ald.

589. τὴν κακῶν] τῶν κακῶν H.

592. μήσομαι] μνήσομαι Par. A. μητίσομαι Flor. 10.

593. κρύπτ' ἄρα Seidlerus de vers. dochm. p. 13. Legebatur κρυπτὰ γάρ.

594. αἰαῖ αἰαῖ] αἶ αἶ H. Flor. 10. ἒ ἒ Flor. 15.

597. φίλως, καλῶς δ' οὐ τήνδ' ἰωμένη νόσον] Sic Ald. Sed Lasc. Par. E. Flor. 2. φίλως μὲν, οὐ καλῶς δ' ἰ. ν. Sed μὲν a librario additum esse videtur, deesse illud non posse existimante, quod magis etiam apparet e lectione Flor. 15. Havn. φίλως μὲν, καλῶς δ' οὐ τήνδ' ἰωμένη νόσον. hinc peritior aliquis metri lectionem Lasc. effinxit. Commode Monk. citat Or. 100. ὀρθῶς ἔλεξας, οὐ φίλως δέ μοι λέγεις. MATTH.

599. οὐκ οἶδα πλὴν ἕν] Idem senarii initium Suppl. 943. Ion. 311. Electr. 756. MATTH.

603. παῖ om. Par. A.

605. 607. πρός σε Matthiæ. Libri πρὸς σέ.

605. τῆς σῆς] τῆσδε H.

δεξιᾶς] τ' addunt Lasc. Ald. et pars codicum: omittunt Par. A. Flor. 10. 15. H.

606. προσοίσεις H. Vulgo προσοίσῃς. προσοίσῃ Par. B.D.

612. ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος] Ob hanc sententiam, Hippolyti persona plane indignam, et ab ipso mox repudiatam, Euripides sæpius in Aristophanis comœdiis exagitatus est: vide Ran. 102. 1471. Thesmoph. 275. quin et impietatis

crimine, tanquam perjurii suasor, ab Hygiænonte quodam in jus vocatus, teste Aristotele Rhetor. 3, 15. *Ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα ἐν τῇ Ἀντιδόσει κατηγοροῦντα ὡς ἀσεβὴς, ὅς γ' ἐποίησε, κελεύων ἐπιορκεῖν, Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν, τὰς ἐκ Διονυσιακοῦ κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν δεδωκέναι λόγον, ἢ δώσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν.* Sententiam tamen defendit et quodammodo laudat Cicero de Offic. 3, 29. *Quod ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium. — Non enim falsum jurare, pejerare est; sed quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim Euripides, "Juravit lingua, mentem injuratam gero."* Ad hunc versum respexere Plato Theæteto p. 154 D. Symposio p. 199 A. Ovidius Heroid. 21, 135. *Quæ jurat mens est; nil conjuravimus illa: Illa fidem dictis addere sola potest.* Lucian. Vit. Auct. vol. 1. p. 549, 59. Athenæus 3. p. 122 B. Citant scholiasta Aristophanis ad utrumque Ranarum locum; Eustathius p. 443, 37. comparans Homericum *ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.* et p. 1175, 29. Suidas v. *ἀνώμοτος.* Sophoclis scholiasta ad Œd. C. 233. ubi *ὀμώμοκεν.* MONK.

614. *ἔστ' ἐμοὶ* Monkius. *ἔστι μοι* vulgo. *ἔσται μοι* Flor. 2. Par. E. Lasc.

615. *ἀνθρώπους*] *ἀνθρώποις* Flor. A. librario ad versum proximum aberrante.

618. Conferendus est Noster Med. 573. *χρῆν ἄρ' ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος· χοὔτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.* et, qui Nostrum imitatus est, Miltonus, Parad. Amiss. 10. 888. *O! why did God, Creator wise, that peopled highest heaven With spirits masculine, create at last This novelty on earth, this fair defect Of nature, and not fill the world at once With men, as angels, without feminine; Or find some other way to generate Mankind?* MONK.

621. *χρυσὸν—χαλκοῦ* Par. A. (qui *χαλκοῦ*) Flor. A. 10. H. Vulgo *χαλκὸν—χρυσοῦ.*

626. *ἐκπίνομεν* Piersonus. Libri *ἐκτίνομεν,* nisi quod *ἐκτείνομεν* H. Similem usum verbi *προπίνειν* Rhes. 405. *Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος,* comparavit L. Dindorfius.

U 4

628. προσθεὶς] προθεὶς H. et Eustath. p. 742, 56.
κἀκθρέψας Par. B.D. Flor. 10. 15. Vulgo καὶ θρέψας.
630. κακόν] φυτόν Par. A.B.D. et schol.
631. Post γέγηθε, quod cum participio προστιθεὶς sit construendum, male vulgo comma poni monuit L. Dindorfius.
633. δύστηνος, ὄλβον δωμάτων ὑπεξελών] Hunc versum suspectum habuit Valckenarius, recte monens non desideratum iri, si abesset.
636. δ' om. Par. A.
638. τὸ μηδὲν subaud. οὖσα. *res nihili, nullius momenti*; de persona dictum est, ut in Cyclop. 353. Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ'· εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, ἄλλως νομίζει, Ζεῦ, τὸ μηδὲν ὢν, θεός. Tro. 416. Οὐδέν τι κρείσσω τῶν τὸ μηδὲν ἦν ἄρα. ubi participium, ut hic, supprimitur. Consulendus est Elmsleius ad Heracl. 168. MONK.
641. χρή] χρῆν Flor. 2. 15. H. Ald. In Lasc. γυναῖκ' ἐχρῆν.
642. κακοῦργον Par. A. B. D. Flor. A. 10. H. Vulgo πανοῦργον.
644. μωρία, *impudicitia*, vel *libido*; qua significatione adhibetur etiam in Ion. 557. Sic quoque τὸ μῶρον infr. v. 970. Fragm. Dictyos apud Stobæum p. 149. ed. Grot. καί μ' ἔρως ἕλοι ποτὲ, Οὐκ εἰς τὸ μῶρον οὐδέ μ' εἰς Κύπριν τρέπων. Androm. 674. ὡς δ' αὔτως ἀνὴρ Γυναῖκα μωραίνουσαν ἐν δόμοις ἔχων. MONK.
645. χρῆν] χρὴ Par. A.
γυναῖκα Par. A. Vulgo γυναῖκας.
648. ἐκείνων codd. et Lasc. ἐκείνου Ald.
654. ἐς] Recte εἰς Ald.
657. ἄφρακτος] Scribendum ἄφαρκτος.
ἡρέθην] Piersonus Verisim. p. 63. Libri εὑρέθην. Piersoni emendationem confirmat scholiasta, qui ἐλήφθην interpretatur. αἱρεῖσθαι hoc sensu dictum Helen. 1621. ὦ γυναικείαις τέχναισιν αἱρεθεὶς ἐγὼ τάλας! *artibus mulierum circumventus*. Jungenda ὅρκοις ἡρέθην ἄφρακτος, ita ut adjectivum notionem verbi planius declaret, quod sæpe fit. MATTH.
658. ἔσχον] ἐπέσχον H.
μὴ οὐ Par. A.H. Aberat οὐ.
660. ἕξομεν] ἕξομαι Par. D.H.
669. Scribendum uno versu τάλανες—πότμοι. Totum hoc canticum Phædræ tribuit Par. A.

670. τίνας νῦν τέχνας Hermannus. Legebatur τίνα νῦν ἢ (ἢ om. Par. A. Flor. 2. H.) τέχναν.

λόγους Par. A.H. λόγους (ον) Par. B. Legebatur λόγον.

671. κάθαμμα, ut in editione Hervag. secunda correctum est, in Flor. A. legitur, si quid ex silentio colligendum, quod non credo. Libri reliqui καθ' ἅμμα. Vid. Hesych. et Suidam s. κάθαμμα.

λύειν Monkius. λύσιν H. et Lasc. Libri reliqui λύσειν.

λόγου] γρ. λόγων Lasc.

672. ἰὼ Heathius. Libri ὦ.

673. ἐξαλύξω] ἐξαλείξω Par. A.

675. βροτῶν] ἀνθρώπων Par. A. Flor. A. 10. H.

678. δυσεκπέρατον] δυσεκπέραντον Flor. A. 10. H. Ald.

βίου] βίου (ον) Par. A. βίον Par. E. Flor. 2. Lasc. βίον cohæret cum πάθος, ut intellexit scholiasta.

679. ἐγὼ om. Flor. 2. Lasc.

680. κατώρθωται τέχνη Par. A.H. Vulgo κατώρθωνται τέχναι.

682. φίλων post διαφθορεῦ Flor. A. 10.

διαφθορεῦ] διαφθορὰ Flor. 2. Lasc. Ald. Interpolatum fortasse ab librario quem διαφθορεύς genere feminino dictum offendisset.

683. Ζεύς σ' ὁ—ἐκτρίψειεν] Ζεὺς ὁ—ἐκτρίψειέ σ' Ald.

ἐμὸς] ἐμοὶ H. De collocatione articuli ὁ γεννήτωρ ἐμός dixi ad Soph. Aj. 573.

1373. Lasc. Ald. *μέθετε τάλανα*. *με* addunt Flor. A. 2. 10. 15. Par. A.B.D. Havn. *τὸν* e Par. E. adjeci, qui habet *μέθετε τὸν τάλανα*. Versus est iambicus dimeter brachycatalectus. MATTH. Non satis certa hujus versus scriptura videtur.

1374. 1375. Hi versus in Ald. sic dividuntur ut in nostra editione. Paullo propius a vero absunt Par. A. et Lasc. *προσαπόλλυτέ μ' ὄλλυτε τὸν | δυσδαίμον' ἀμφιτόμου | λόγχας ἔραμαι διαμοιρᾶσαι*. Scribendum duobus versibus *προσαπόλλυτέ μ' ὄλλυτε τὸν δυσδαίμονά μ'· ἀμφιτόμου | λόγχας ἔραμαι διαμοιρᾶσαι*. Cum tribus illis dipodiis anapæsticis *προσαπόλλυτε—ἀμφιτόμου* comparandus versus Aristophanis Vesp. 752. *ἴθ' ὁ κῆρυξ φησί, τίς ἀψήφιστος; ἀνιστάσθω*.

1375. *δυσδαίμονά μ'* Marklandus. Libri *δυσδαίμον'*.

1377. *εὐνᾶσαι*] *εὐνῆσαι* Flor. A. 10. H.

1378. *δύσταvος* Par. A. Flor. 10. Vulgo *δύστηνος*.

1379. 1380. transponendos censent Reisk. et Heath. Sive ad Pallantidarum cædem hic respicitur, ut ait schol., sive ad Tantalum, Pelopem, Atreum et Thyestem, Thesei per Æthram et Pittheum majores, quæ est Heathii sententia, *μιαιφόνοι σύγγονοι* iidem per appositionem vocari etiam possunt

παλαιοὶ προγεννήτορες. Mihi videtur post προγεννητόρων plene distinguendum esse, ut hi genitivi ab ἀρὰ pendeant. Delicta majorum se luere suspicatur Theseus supra 825. sqq. V. 1380. est dochmiacus cum cretico. Ceterum v. 1379. Havn. μαιφόνον τε σύγγονον, μαιφόνον etiam Flor. A. v. 1380. Flor. 2. Lasc. παλαιῶν τε προγεννητόρων. MATTH.

1383. Lasc. Ald. ἐμόλετ' ἐπ' ἐμέ, ut et Flor. 2. 15. ἔμολ' ἐπ' ἐμὲ Par. A. Havn. ἔμολ' ἔμολ' ἐπ' ἐμέ Flor. A. ἔμελ' ἔμελ' ἐπ' ἐμέ. Versus est iambicus. MATTH.

1384. ἰώ μοι μοι] ὤμοι μοι Brunckius ex Par. A, ut videtur. Quod præferendum puto, quum dochmium præbeat.

1385. πῶς Par. A. Flor. A. 10. Vulgo πῶς δ'.

ἀπαλλάξω] ἂν ἀλλάξω Flor. 2. Lasc.

1386. ἐμὰν om. H. Lasc.

1387. εἴθε με] εἴθε μοι H. εἴθε δέ μοι Lasc. εἴθε δέ με Flor. 2.

κοιμίσειε Par. A. κοιμήσειε Flor. 10. Vulgo κοιμάσειε.

1388. ᾄδου γε νυκτὸς δυστάλαιν' ἀνάγκα Par. A. et Flor. A. si fides Valckenario.

1389. οἵᾳ ξυμφορᾷ] οἵαις συμφοραῖς Par. A. Flor. A. 10.

ξυνεζύγης] συνεζύγης Par. A.D. Flor. A. 2. 10. Lasc. ὑπεζύγης H. προσεζύγης Ald.

1390. διώλεσεν] ἀπώλεσεν Par. A. Flor. A. 10.

1391. θεῖον ὀδμῆς πνεῦμα] De divino odore, quem spirabant numinum vestes vel capilli, multa habet Spanhemius ad Callim. Hymn. in Apoll. 38. Prometheus, Nymphas adventantes sentiens, inquit, Τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής; Æsch. Prom. 115. Virg. Æn. 1. 507. *Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere.* Ovid. Fast. 5. 375. *tenues successit in auras; Mansit odor: posses scire fuisse deam.* MONK.

1393. τόποισι Par. A. Flor. 10. Vulgo δόμοισι.

τοισίδ'] τοῖσιδ' Par. A. τοῖσι Flor. 10. τοῖσιν H. Vulgo τοῖσδέ γ'.

1398. οὐ δῆτ' om. Havn. Tum Flor. 2. Lasc. Ald. rell. ἀτάρ τοι δύσποτμός γ' (τ' Lasc.) ἀπόλλυσαι. Sic et Flor. 15. nisi quod γ' omittit. ἀτάρ μοι δύσποτμος ἀπ. om. γ' Havn. ἀτάρ μοι προσφιλής τ' Flor. A. ἀτάρ μοι προσφιλής γ' Par. A.B.D. Flor. 10. ἀπώλεσεν Par. A.B.D. e v. 1401. MATTH.

1403. ὤλεσ', ἥσθημαι, μία] ὤλεσ' ἥσθημαι Κύπρις Flor. A. 10.

15. Par. A. Havn. (qui etiam ἥσθημαι.) Ald. Contra Par. E. Flor. 2. Lasc. ὤλεσεν μία Κύπρις. Hinc Valck. ὤλεσ', ἥσθημαι, μία, cui librarius adscripsit Κύπρις. MATTH.

1404. τρίτην ξ.] ξ. τρίτην Flor. 10.

1410. γενοίμην] γενοίμαν Ald.

1413. μ' om. Par. A.

1416. ζόφον] ζόφῳ Par. A.B.

1419. σῆς εὐσεβείας κἀγαθῆς φρενὸς χάριν] Hunc versum ex v. 1454. confictum esse recte judicare videtur Valckenarius. Utitur eo Chr. Pat. 822.

1420. ἄλλον] Adonidem indicari plerumque intelligunt viri docti. In hanc rem Muretus, Var. Lect. 5. 7. commode citat Apollodorum 3. 14. Ἄδωνις δὲ ἔτι παῖς ὢν, Ἀρτέμιδος χόλῳ πληγεὶς ἐν θήραις (θήρᾳ) ὑπὸ συὸς ἀπέθανεν. Addit Valck. Claudianum, Adonidis et Hippolyti fata jungentem, in Fescenn. 1. 16. *Venus reversum spernat Adonidem, Damnet reductum Cynthia Virbium.* MONK.

1426. Pausanias 2. 32. ἀποθανεῖν δὲ αὐτὸν (οἱ Τροιζήνιοι) οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων, οὐδὲ τὸν τάφον ἀποφαίνουσιν εἰδότες, τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνοι Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. Scholiasta noster, ἐν Τροιζῆνι ἱερόν ἐστιν Ἱππολύτου, ὧ (l. οὗ) ἀποκείρονται αἱ μελλόνυμφοι. Similia habent Diodorus Siculus 4. 62. Pausanias 2. 32. ubi plura de Hippolyto. Lucianus, qui vocatur, de Syria Dea, vol. 3. p. 489, 53. MONK.

1427. καρπουμένῳ Valckenarius. καρπούμεναι libri.

1431. λαβὲ] λαβοῦ H.

1432. προσέλκυσαι] προσέλκυσον Par. E. Flor. 2. Lasc.

1437. 38. Laudavit Ælianus ap. Suid. v. Φιλήμων. Respexit etiam Eustath. p. 1081, 19. et p. 1932, 12. Hoc notat Valck. Noster scholiasta indicat Alcest. 22. ubi Apollo, Alcestide vitam jam relictura. Ἐγὼ δὲ, μὴ μίασμά μ' ἐν δόμοις κίχῃ Λείπω μελάθρων τῶνδε φιλτάτην στέγην. In Statii Theb. 8. fin. Minerva, aspecto Tydeo jam moriente, *fugit aversata jacentem, Nec prius astra subit, quam mystica lampas, et insons Ilissos multa purgarat lumina lympha.* MONK.

1437. φθιτοὺς] νεκροὺς Par. A. Flor. A. 10.

1441. λείποις Par. E.H. Vulgo λείπεις.

1442. λύω] λύσω Par. A.

πατρὶ] πατρὸς Flor. 15. H. Lasc.

1444. κιγχάνει] Editiones omnes habent κιχάνει, sed metro plane adversante; vox enim illa primam corripit, secundam producit. Monuit Egertonus Porsonum legere κιγχάνω; recte omnino. Eandem vocem restituit Porsonus Æschylo, Choeph. 520. Gaisfordius nostro, Alc. 493. Ἄδμητον ἐν δόμοισιν ἆρα κιγχάνω; exscribens insignem locum Eustathii p. 1525, 10. qui docet formam κιγχάνω analogiæ consentaneam esse, utpote a κίχω derivatam, non secus ac ἀνδάνω, μανθάνω, λαγχάνω et similia, ab ἅδω, μάθω, λάχω. MONK.

1446. ὤμοι] οἴμοι Par. A. Flor. 10.

1448. φρένα] χέρα Flor. A. 15. et addito γρ. φρένα Par. B.D.

1449. φόνου] φόβου Flor. A. 10.

1450. ἀφίης] ἀφήσεις Par. A.B.D. Flor. A. 10.

1454. εὐσεβοῦς] εὐλαβοῦς Par. A. Sed conf. v. 1419.

1457. κεκαρτέρηται τἀμὰ nihil aliud significat, nisi nihil opus esse se admoneri, ut fortem se adversus dolorem præbeat, quum in fine vitæ nullus amplius ei fortitudini locus sit; præteriit tempus, quo fortiter ferre dolorem poteram. MATTH.

ALCESTIS.

ALCESTIN archonte Glaucino, i. e. olymp. 85, 2, editam quartam fuisse tetralogiæ fabulam—præcesserunt enim Κρῆσσαι, Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος, Τήλεφος—ex didascalia codicis Vaticani cognovimus: de qua non repetam quæ explicatius disserui in præfatione ad editionem Alcestidis Oxonii emissam a. 1834. Ex eadem editione quum codicis Vaticani aliorumque librorum lectiones petere liceat, his quoque hoc loco omissis, annotationes quas nunc edo illi accommodabo editioni tanquam supplementa.

---

1. ὦ δώματ' Ἀδμήτει'] Conferenda sunt initia Andromachæ et Electræ, ubi idem genus est compellationis ad quam in sequentibus non amplius respicitur: hoc observavit Seidlerus ad Electr. 1. Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαί, Ὅθεν ποτ', ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρην, Εἰς γῆν ἔπλευσε Τρῳάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ. Androm. 1. Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις, Ὅθεν ποθ', ἕδνων ξὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ, Πριάμου τύραννον ἑστίαν ἀφικόμην. MONK.

2. Dixit Euripides θῆσσαν τράπεζαν, ut in Electr. 205. θῆσσαν ἑστίαν, pro θητικὴν vel μισθωτικήν. Photius et Suidas, huc respicientes, exponunt θῆσσαν· μισθωτικὴν, ἢ εὐτελῆ, ἢ δουλικὴν τροφήν. Hesychius θῆσσαν· δουλικήν. Monet scholiasta Apollonii Rhod. 1, 193. velut a Κρῆς Κρῆσσα, ita a θὴς, θῆσσα formari. De αἰνεῖν significante, *to assent to*, *acquiesce in*, quædam notavimus ad Hippol. 37. Exempla videas in hac fabula vv. 12, 541. Orest. 777. Med. 1154. Suppl. 390. Electr. 1256. Æsch. Pers. 648. Eumen. 472. αἰνέσαι· εὐαρεστῆσαι, καταδέξασθαι schol. MONK.

3. Hanc rem iterum respicit v. 127. Δμαθέντας γὰρ ἀνίστη, πρὶν αὐτὸν εἷλε, διόβολον Πλᾶκτρον πυρὸς κεραυνίου. Virgil. Æn. 7. 770. de Hippolyto luci reddito—*Tum pater omnipotens,*

aliquem indignatus ab umbris Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis et artis Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit in undas. Historias, quas de Æsculapio tradiderunt veteres, fuse recenset Heynius Observ. ad Apollodorum p. 276. seq. MONK.

7. *τῶνδ' ἄποινα* accusativus est disjunctus et seorsim accipiendus, qualis infra v. 363. *ψυχρὰν μὲν—τέρψιν.* Hujusmodi constructionis, in qua ipsam, quæ præcedit, sententiam respicit accusativus, exempla sint Orest. 1104. *Ἑλένην κτάνωμεν, Μενελέῳ λύπην πικράν.* Phœn. 351. Androm. 292. Herc. F. 59. 354. 426. Electr. 231. ubi distinguendum. *Εὐδαιμονοίης· μισθὸν ἡδίστων λόγων.* 1241, 1269. *Ἀλιρρόθιον ὅτ' ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης, Μῆνιν θυγατρὸς ἀνοσίων νυμφευμάτων, Πόντου κρέοντος παῖδ'.* MONK.

8. *δὲ γαῖαν*] *δ' ἐς αἶαν* Athenag. Legat. pro Christ. p. 25.

10. *ἐτύγχανον* codices et Lasc. *ἐτύγχανε* Ald.

12. Infra v. 33. *Μοίρας δολίῳ σφήλαντι τέχνῃ;* Quibus autem artibus Parcas deceperit Apollo, discas ex Æschylo Eumen. 730. modo recte legatur is locus: chorus scilicet Admeti fata proferens, ita deum incusat: *Σύ τοι, παλαιὰς δαίμονας καταφθίσας οἴνῳ παρηπάτησας ἀρχαίας θεάς.* MONK. Vera loci Æschylei lectio est *παλαιὰν διανομὴν καταφθίσας οἴνῳ π. ἀ. θ.*

16. *μητέρα*] Clymenen vocat scholiasta: Periclymenen Hyginus fab. 14. MONK.

17. *εὗρε*] Scribendum *ηὗρε.*

22. *μίασμα*] Vid. ad Hippol. 1437.

23. *τῶνδε* codices. *τήνδε* Lasc. Ald.

28. ΘΑΝΑΤΟΣ] Orcus, ut interpretatur Macrobius Saturn. 5, 19. a Barnesio citatus.

36. *ἢ τόδ' ὑπέστη*] Non raro infinitivo præmittitur *τόδε, τάδε.* Hipp. 466. *ἐν σοφοῖσι γὰρ Τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.* 475. *οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις Τάδ' ἐστί, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν.* 1288. *ἀλλ' ἐς τόδ' ἦλθον, παιδὸς ἐκδεῖξαι φρένα Τοῦ σοῦ δικαίαν.* Androm. 371. *μεγάλα γὰρ κρίνω τάδε, Λέχους στέρεσθαι.* Heracl. 350. *φημὶ δ' εἰς εὐπραξίαν Καὶ τοῦθ' ὑπάρχειν, θεῶν ἀμεινόνων τυχεῖν.* MATTH.

47. *νερτέραν ὑπὸ χθόνα*] Male aliquot libri *νερτέρων.* Herc. f. 335. *ἥκω πρὸς ὑμᾶς νερτέρᾳ δώσων χθονί.*

48. *οὐ γὰρ οἶδ' ἂν εἰ πείσαιμι*] De hac formula vid. ad Med. 941.

49. χρῇ Schæferus. χρὴ libri.

50. τοῖς μέλλουσι] *Cunctantibus.*

51. ἔχω λόγον δὴ καὶ προθυμίαν σέθεν] *Datam a te fidem video accipioque.* PFLUGK.

52. ἔστ' οὖν ὅπως—μόλοι] De constructione conf. Aristoph. Vesp. 472.

56. γραῦς] Id est γραῦς οὖσα.

57. ἐχόντων] *Divitum.*

58. σοφὸς vocatur, quod argutatur de omnibus grandævis verba Apollinis interpretans. Monuit Hermannus.

59. οἷς πάρεστι] οὓς πάρεστι Flor. A. 10. 15. H. οἷς πάρεστι sc. τὸ ὠνεῖσθαι. MATTH.

70. 71. κοὔθ' ἡ παρ' ἡμῶν σοι γενήσεται χάρις δράσεις θ' ὁμοίως ταῦτ', ἀπεχθήσει τ' (δ' Flor. A. 10.) ἐμοί] *Neque a nobis tibi erit gratia et tamen hæc facies et mihi fies invisus.* Tam confuse et inepte loquitur ut ineptius vix potuerit. Quod quum sensisset Hermannus, δράσει scribendum conjecit, Herculem intelligens. Verum hoc si voluisset poeta, dixisset saltem δράσει τ' ἐκεῖνος ταῦτα, quo pronomine multo magis opus erat quam illo ὁμοίως: ne quid de verbis ἀπεχθήσει τ' ἐμοί dicam, ubi potius σύ τ' ἀπεχθήσει ἐμοὶ dici debebat. Manifestum mihi videtur utrumque versum a grammatico esse adjectum, qui quod cogitaverat δράσας τε ταῦτα ἀπεχθήσει ἐμοί metro utcunque aptavit, loquacitate autem sua non auxit, sed magnopere debilitavit præcedentium vim dictorum Apollinis, quæ aptissime concluduntur gravibus his minacibusque verbis βίᾳ γυναῖκα τήνδε σ' ἐξαιρήσεται.

74. κατάρχεσθαι τοῦ ἱερείου, vel simpliciter κατάρχεσθαι, erat *auspicari sacra*, quod apud veteres Græcos fiebat, abscindendo pilos a fronte victimæ, " quos postea, tanquam prima libamina, igni in ara accenso imponebant." Verbis utor Kusteri ad Arist. Av. 960. qui optime hunc morem illustrat, advocatis Hesychio κατάρξασθαι τοῦ ἱερείου, τῶν τριχῶν ἀποσπάσαι. Nostri El. 815. ἐκ κανοῦ δ' ἑλὼν Αἴγισθος ὀρθὴν σφαγίδα, μοσχίαν τρίχα Τεμὼν, ἐφ' ἁγνὸν πῦρ ἔθηκε δεξιᾷ. Virg. Æn. 6. 243. *Et summas carpens media inter cornua setas, Ignibus imponit sacris, libamina prima.* Æn. 4. 698. *Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.* ubi nostrum locum respicere videtur poeta, eundem ritum sacrificii Proserpinæ transferens, quem apud Euripidem occupat

Θάνατος. Ita quoque Hor. Carm. 1. 28. 19. *nullum Sæva caput Proserpina fugit.* Locum Virgilii cum nostro contulerat Macrobius Saturnal. 5. 19. *in hac fabula in scenam Orcus inducitur gladium gestans, quo crinem abscindat Alcestidis.* Vid. Turn. Advers. 19. 17. Valck. ad Phœn. 576. (Πῶς δ' αὖ κατάρξει θυμάτων, ἑλὼν πόλιν;) In Iph. T. 40. inquit Iphigenia, Κατάρχομαι μὲν, σφάγια δ' ἄλλοισιν μέλει. eadem v. 605. interroganti Oresti, Αὐτὴ ξίφει θύουσα, θῆλυς ἄρσενας; respondet, Οὐκ, ἀλλὰ χαίτην ἀμφὶ σὴν χερνίψομαι. MONK.

77. 78. Choro tribuebantur. Correxit Barnesius. Scholiasta, ἐκ γερόντων Φεραίων ὁ χορός. διαιρεῖται δὲ εἰς δύο ἡμιχόρια.

91. ἡμιχ. præfixum etiam in Par. B.D.E.

93. φθιμένας] Scribendum φθιμένης cum Monkio.

94. οὐ γὰρ δὴ φροῦδός γ' ἐξ οἴκων νέκυς ἤδη] Dubitationem meam de scriptura horum verborum in annotatione exposui. Nunc addo ne sententias quidem recte procedere. Nam si ille qui primus dixerat οὔ τᾶν φθιμένης γ' ἐσιώπων, alteri plane cum eo consentienti objicit πόθεν; οὐκ αὐχῶ· τί σε θαρσύνει; quid aliud quam suam ipse opinionem convellit? Quamobrem nunc totum istud additamentum οὐ γὰρ δὴ φροῦδός γ' ἐξ οἴκων νέκυς ἤδη, quod et metri forma et codicum discrepantia suspectum reddit, tollendum esse arbitror.

95. τί σε θαρσύνει] τίς σε θρασύνει Par. B. Flor. 15.

100. χέρνιβ'] χέρνιψ hic est vas illud fictile (ὄστρακον) aqua lustrali plenum, quod stabat ante ædes in quibus exponeretur mortuus; ἀρδάνιον vocabatur, teste Polluce 8. p. 894. καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι, ἐξίοντες ἐκαθαίροντο, ὕδατι περιρραινόμενοι· τὸ δὲ προὔκειτο ἐν ἀγγείῳ κεραμέῳ, ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον. Huc respiciens Hesychius πηγαῖον (suppl. χέρνιβα) τὸ ὄστρακον, ὃ καὶ ἀρδάνιον ὁμοίως λέγεται. Vide eum vv. Ἀρδανίαι (l. ἀρδάνια) et ὄστρακον. Suid. v. ἀρδάνιον, τοὔστρακον: hoc respexit Arist. Eccles. 1025. Ὕδατος δὲ κατάθου τοὔστρακον πρὸ τῆς θύρας. ubi ista citavit Kusterus. MONK.

103. Notandum νολαία adjectivi instar cum χείρ conjunctum.

107. χρῆν] Scribendum χρή ex codicibus et Lasc.

108. ψυχᾶς] Scribendum ψυχῆς.

114. ἢ Λυκίας] Id est ἢ Λυκίας ἕδρας, quod ex altero membro

intelligendum. Apollinis oraculum Patarense intelligi animadvertit Barnesius, qui Virgilii locos citat Æn. 4. 43. et 346. Diodorum Sicul. 5, 56. memorat Musgr.

116. Ἀμμωνίδας] De Jove Ammone ab Atheniensibus culto v. Boeckh. Corp. Inscr. vol. 1. p. 252. PFLUGK.

135. *αἱμόρραντοι θυσίαι*] Ex hoc loco sumptum est *αἱματόρραντοι θυσίαι*, quod ex Chœrobosco attulit Bekkerus in Anecd. p. 1308.

137. *ὀπαδῶν*] Quod ex A. enotavi *ὁπαδῶν* cum spiritu aspero, idem est in Flor. 10. 15. et alibi interdum præbent codices et ed. Aldina: de quo satis habeo hoc loco in universum monuisse.

141. *θανοῦσαν ἔστι*] *θανεῖν ἔξεστι* Flor. A. 10. 15.

148. In annotatione ad hunc versum pro " *αὐτῆς* Lasc." corrigendum " *αὐτοῖς* Lasc."

149. Herod. 5. 92. p. 423, 94. *πέμψαντι γάρ οἱ* (sc. *Περιάνδρῳ*) *ἐς Θεσπρωτοὺς ἐπ' Ἀχέροντα ποταμὸν ἀγγέλους ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον, παρακαταθήκης πέρι ξεινικῆς, οὔτε σημανέειν ἔφη ἡ Μέλισσα ἐπιφανεῖσα, οὔτε κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη· ῥιγοῦν τε γὰρ, καὶ εἶναι γυμνή· τῶν γάρ οἱ συγκατέθαψε ἱματίων ὄφελος εἶναι οὐδὲν, οὐ κατακαυθέντων.* MONK.

151. *γυνή τ'*] *γυνή γ'* Ald.

153. Vertas, *what must the woman be who has surpassed her?* MONK.

160. *κεδρίνων δόμων*] Homer Il. Ω. 191. quem locum verisimile est Euripidem ob oculos habuisse: *Αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα, Κέδρινον, ὑψόροφον, ὃς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει. Wakefield.* Græevius Lect. Hesiod. c. 3. (Op. et D. 96.) interpretatur *κεδρίνους δόμους cedrinas arcas.* MONK.

172. *μυρσίνης*] Myrtum in mortuorum inferiis adhibitam esse docet Spanhem. ad Callim. p. 315. MONK.

173. *ἄκλαυστος*] *ἄκλαυτος* Flor. 2. Lasc.

176. Meminerit lector Didonis moriturae apud Virgilium Æn. 4. 648. *Hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile Conspexit, paullum lachrymis et mente morata, Incubuitque toro, dixitque novissima verba: Dulces exuviæ, dum fata Deusque sinebant—.* Recte contulit Portus Sophocleas descriptiones Jocastæ Œd. T. 1241. et Dejaniræ Trach. 914. MONK.

καὶ λέγει] *κἄλεγεν* Ald.

178. κορεύματα, vel quod explicat schol. κορεῖα, accipiendum videtur velut μίτρη, sive *virginalis zona*, quam in nuptiis solvebat maritus. Dictus igitur sponsus κορεύειν, virgo autem κορεύεσθαι, ut infra v. 323. πῶς κορευθήσει καλῶς; Adeas Schrader. ad Musæum c. 20. p. 340. qui de hac re fuse disseruit, et loca veterum huc facientia diligentissime congessit. MONK.

οὗ θνήσκω πέρι] Usitatum est θνήσκειν ὑπέρ τινος, pro quo περί dixit poeta metri caussa.

181. 182. Hunc locum παρῳδεῖ Aristophanes Equit. 1251. σὲ δ' ἄλλος τις λαβὼν κεκτήσεται, κλέπτης μὲν οὐκ ἂν μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

182. οὐκ ἂν] οὐχὶ Suidas s. κλέπτης et οὐχὶ μᾶλλον.

184. ὀφθαλμοτέγκτῳ] Hoc compositum non alibi vidisse memini. πλημμυρὶς sive πλημυρὶς proprie *exundatio maris vel fluvii æstuantis*; τὸ ὅρμημα τῆς θαλάσσης, ἡ ἐπίρρυσις, Hesychius, citans Homer. Od. I. 486. Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο. De lachrymis dictum etiam in Æsch. Choeph. 183. Ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσί μοι Στάγονες ἄφραστοι δυσχίμου πλημμυρίδος. hoc notavit Spanhem. ad Call. H. in Del. 263. MONK.

198. οὗ ποτ' οὐ λελήσεται] Metri caussa dictum pro οὗ οὔποτε λελήσεται.

199. τοισίδ'] τοῖσιν Flor. 2. Lasc. Ald. Libri reliqui τοῖσιδ'.

200. εἰ] ἦ Flor. 10. ἦς Par. B.D. Flor. 15.

204. παρειμένη δὲ χειρὸς ἄθλιον βάρος] Hæc aperte vitiosa sunt. χειρὸς ἄθλιον βάρος Alcestidem dici, ut Penthei corpus exanime Bacch. 1216. vidit jam Heath. Itaque scripsi μαραίνεται νόσῳ παρειμένη γε, ita ut νόσῳ non tantum cum μαραίνεται (vid. v. 241.) sed etiam cum παρειμένη jungeretur, sicut Orest. 869. νόσῳ παρειμένη γε, *quippe morbo soluta*. Elmsl. versiculum post βάρος intercidisse suspicabatur. MATTH. Nihil horum verum videtur. Mihi longe probabilius videtur inutilem hanc appendicem funditus esse tollendam, quemadmodum Hecubæ versus 415. 416. mox post v. 206. libris omnibus illatos delendos esse vidit Valckenarius. Scriptor autem illius versus fortasse non δὲ scripserat, sed δή, quod posuit Hermannus.

219. Annotationem "μεγίστα] μεγίστη H." sic corrige "μεγίστα H. Vulgo μεγίστη."

230. βρόχῳ] Bacch. 246. Τοῦτ' οὐχὶ δεινῆς ἀγχόνης ἔστ' ἄξια,

Ὕβρεις ὑβρίζειν, ὅστις ἐστὶν ὁ ξένος; Soph. Œd. T. 1373. οἷν ἐμοὶ δυοῖν Ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα. Elmsleius ad Heracl. 247. (καὶ τάδ' ἀγχόνης πέλας) affert hunc locum et Arist. Ach. 125. τοῦτο δῆτ' οὐκ ἀγχόνη; MONK.

232. Exemplis formæ epicæ εἰν in annotatione allatis eximatur locus Sophoclis Phil. 685. ubi ὢν potius scribendum videri dixi in annotatione ad locum ipsum.

ἤματι typothetæ culpa pro ἄματι legi, quod ex Flor. 15. restitui volueram, subjecta ab me annotatio ostendit.

τῷδ'] τῷδέ γ' Flor. 2. Lasc. Ald.

233. ἰδοὺ ἰδοὺ om. Flor. 2. Lasc. Ald. et fortasse Flor. A: habent libri ceteri.

235. βόασον ὤ, στέναξον] στέναξον ὦ βόησον Lasc. Ald.

244. οὐράνιαί τε δῖναι] Germanæ sunt locutiones Arist. Av. 697. ἀνεμώκεσι δίναις. Phœn. 165. ἀνεμώκεος δρόμον νεφέλας. Exponit scholiasta Aristophanis δίναις· ταῖς τοῦ ἀνέμου ὠκείαις συστροφαῖς. Siquis credat Euripidem hic respexisse Anaxagorea ista dogmata de Οὐρανῷ et αἰθερίῳ ῥύμβῳ, quæ in aliis tragœdiis versibus exornavit, consulere possit disputationem Valckenærii Diatr. c. 5. 39. seq. Comicus Nub. 379. Euripidem, ut videtur, exagitans, Ὁ δ' ἀναγκάζων ἐστὶ τίς αὐτὰς οὐχ ὁ Ζεὺς, ὥστε φέρεσθαι;—Ἥκιστ', ἀλλ' αἰθέριος Δῖνος. De δίναις αἰθέρος multa habet Luzacius in Exercit. Acad. p. 100. MONK.

249. Huc retrahenda esse opinor verba scholiastæ ad v. 262. ὡς μαρτυρεῖ καὶ Δοῦρις ἐν τῇ ις' τῶν Λακεδαιμονικῶν, ὅτι ἐν Ἰωλκῷ ἐνυμφεύθη. Ἰώλκους (l. Ἰωλκοῦ) γὰρ Πελίας ἐβασίλευσεν. Aliam tradit historiam Eudocia, Villois. Anecd. Gr. p. 21. MONK.

πατρῴας codices et Lasc. πατρίας Ald.

Ἰωλκοῦ] Ἰωλκοὺς Flor. A. Ἰωλκοῦς Flor. 10.

252—255. ὁρῶ— | νεκύων— | Χάρων— | ἐπείγου— | σπερχόμενος ταχύνει Ald.

255. Hic versus sic est metiendus

⏑ ⏑́ | ⏑́ ⏑ ⏑ – | ⏑́ ⏑ ⏑ – – | ⏑́ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⏑́ –.

261. Ἀιδας] ᾅδης Flor. 2. Lasc.

263. δειλαιοτάτα] δειλοτάτα Flor. A. 10. 15. δειλαία Flor. 2. Lasc.

264. τῶν] τῶνδε Ald. Soph. Œd. C. 742. ἐκ δὲ τῶν μάλιστ' ἐγώ. MATTH.

266—268. μέθετε— | πόσι— | σκοτία— Ald.

266. *μέθετε μέθετέ μ' ἤδη*] *μέθετέ με μέθετε μηδ'* Flor. A. *μέθετέ με μέθετέ μ' ἤδη* Flor. 10. *μέθετέ με μέθετ' ἐμ' ἤδη* Flor. 15.

267. *κλίνατ'*] *ἐκκλίνατ'* Flor. A.

270. Non mihi satisfaciunt quæ de hoc versu scripsi. Revocanda igitur codicum lectio quamvis suspecta *τέκνα τέκν', οὐκέτι δὴ | οὐκέτι μάτηρ σφῷν ἔστιν.* Recte habere videtur usitatum illud Euripidi *οὐκέτι δὴ*, interpolata vero sunt extrema *σφῷν ἔστιν.*

271. *φάος*] *φῶς* Flor. 2. Lasc.

276. *μὴ πρὸς παίδων σοὺς ὀρφανιεῖς*] Hic versus omissus ab Lasc. et Ald. accessit ex Vaticano A.H. Par. B.D. Flor. A. 10, 15. et scholiasta.

277. *ἄνα τόλμα*] *ἀνατόλμα* Ald. et, ut videtur, pars codicum.

283. *ψυχῆς* om. Flor. A. et cum Flor. 10. 15. post *εἰσορᾶν* addit *φίλον.*

289. *ἥβης ἔχουσ' ἐν οἷς ἐτερπόμην ἐγώ*, omisso *δῶρ'*, Flor. A. 10. 15. *δῶρον ἐν οἷς* Flor. 2. Lasc. *δῶρον οἷς* Par. E.

291. *καλῶς*] *καλὸν* H.

294. *φιτύσειν*] *φυτεύσειν* Flor. 2. 10. Lasc. Ald.

298. In annotatione corrige typothetæ errorem *εἰδέπραξεν*, quod *εἰσέπραξεν* scribendum.

299. *σύ νύν μοι*] *σύ μοι νῦν* (*νυν* Flor. A.) Flor. A. 10. 15. Par. B.D. *σὺ δή μοι* Par. E. Flor. 2. Lasc. *σὺ δ' ἡμῖν* Ald. *τῶνδ'*] *τήνδ'* Ald.

304. *ἀνάσχου δεσπότας*] Est pro *δεσπότας ὄντας ἀνάσχου*, ut ap. Soph. Antig. 467. *εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν.* MATTH.

315. *μή σοι*] Scil. *δέδοικα*, ut Il. E, 238. Plat. Phædon. p. 69. A. MATTH.

320. In annotatione "*ἐς* M." corrige "*ἐς* Flor. 2. et Lasc."

322. *λέξομαι*] *Numerabor.*

333. *ἐκπρεπεστάτη*] *εὐπρεπεστάτη* etiam Par. B.D. Flor. A. 10. 15. Vid. ad Hecub. 269.

334. *τῶνδ'*] *καὶ τῶνδ'* H.

336. *ἐτήσιον*] Significatur annuum luctus spatium infra quoque v. 431. Quænam apud veteres legitima tempora lugendi fuerint parentibus, propinquis, conjugibus, diligenter quæsivit Kirchmannus De Fun. Rom. 4. c. 10. MONK.

346. *ἐξαίροιμι* codices. *ἐξάροιμι* Lasc. Ald.

Λίβυν λακεῖν] Tibiæ e loto Libyco (hoc est, Africano) paratæ

meminit noster in Iph. A. 1042. Τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος—; Tro. 548. Λίβυς τε λωτὸς ἐκτύπει. Helen. 170. ἔχουσαι τὸν Λίβυν λωτόν. Herc. F. 685. Παρά τε χέλυος ἑπτατόνου μολπὰν, καὶ Λίβυν αὐλόν. Citat Barnesius Theophrast. Περὶ Φυτῶν lib. 4. ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος. Ceterum λακεῖν, quod frequenter apud tragicos dicitur de canentibus vaticinia, nunc significat *cantare ad tibiam:* Phœn. 799. λωτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει Μοῦσαν, ἐν ᾧ χάριτες χοροποιοί. Videas Spanhemium ad Callim. H. in Dian. 243. MONK.

348. 349. Inventum valde absurdum.

353. ψυχρὰν τέρψιν] Hujus accusativi rationem exposui supra ad v. 7. Simillimus est locus Helenæ v. 35. καὶ δοκεῖ μ' ἔχειν, κενὴν δόκησιν, οὐκ ἔχων. MONK.

354. Hesychius, ἀπαντλοίην ἄν: ἐπικουφίσαιμι ἄν.

357. 'Ορφέως] Huic germanus est locus Iph. A. 1221. Εἰ μὲν τὸν 'Ορφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον, Πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας Κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην, 'Ενταῦθ' ἂν ἦλθον. Conferas quoque Med. 543. Μήτ' 'Ορφέως κάλλιον ὑμνῆσαι μέλος. Videtur proverbiale fuisse 'Ορφέως μέλος. Valckenærius Diatr. p. 261 C. cum hoc dicto comparat Eurip. ap. Athen. 15. init. τὸ Νεστόρειον εὔγλωσσον μέλος. MONK.

358. ὥστ' ἢ Reiskius. Legebatur ὡς τήν.

365. κέδροις] "De cedro scholiastes Nicandri Θηριακοῖς. 'Η κέδρος τοὺς νεκροὺς ἀσήπτους ποιεῖ, τὸ νοτερὸν καὶ τὸ ῥευστικὸν ἐξωθοῦσα· ὅθεν καὶ Νεκρῶν Ζωὴν ἔνιοι αὐτὴν ἐκάλεσαν. Plinius 24. cap. 5. *Cedrus magna, quam cedrelatem vocant, dat picem, quæ cedria vocatur. Defuncta corpora incorrupta ævis servat, viventia corrumpit; mira differentia, cum vitam auferat spirantibus, defunctis pro vita sit.* Huic cedriæ inesse vim ξηραίνειν καὶ ἄσηπτα φυλάττειν τὰ τεθνεῶτα μόρια, Galenus scribit l. 7. Simpl. Medic. quam Dioscorides φυλακτικὴν τῶν νεκρῶν σωμάτων appellavit lib. 1. de cedro." Hæc *Kirchmannus De Fun. Rom.* 1, 8. Conferendus etiam noster Tro. 1149. 'Αλλ' ἀντὶ κέδρου, περιβόλων τε λαΐνων, 'Εν τῇδε θάψαι παῖδα. MONK.

367. μηδὲ γὰρ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην τῆς μόνης πιστῆς ἐμοί] Hunc locum in ridiculum detorsit Aristophanes Acharn. 893. μηδὲ γὰρ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης· ubi de anguilla agitur.

377. σὺ] καὶ H.

378. πολλή γ'] Scribendum πολλή μ' cum Monkio: nam pronomine magis opus est quam particula illa.

389. χαίρετ', ὦ] χαιρέτω Lasc. Ald.

390. εἶμ' typothetæ errore legitur pro εἶμ'.

391. προλείπεις] με addunt etiam Flor. A. 10. 15.

393. ἰώ μοι] ἰώ μοι μοι Lasc. ἰώ μοι δὴ Flor. A. 10. 15. Non opus Elmsleii conjectura ἰὼ ἰώ.

394. βέβακεν—ἀλίῳ et in antistropho 407. μονόστολος—παθών uno versu scribendum, qui ex dimetro iambico et dochmio est compositus.

395. In annotatione pro "ἀλίῳ A.H." scribendum "ἡλίῳ A.H. et Florentini duo."

399. χέρας] χεῖρας Flor. 2. Lasc.

400. Ab ὦ novum versum incipit Ald.

403. νεοσσοὺς de *liberis* dicere amabant tragici. Vid. Androm. 442. Ἦ καὶ νεοσσὸν τόνδ' ἀπὸ πτερῶν σπάσας; Iph. A. 1258. Ὁ μὲν νεοσσός ἐστιν, ἡ δ' ηὐξημένη. Heracl. 240. Herc. F. 223. 984. Citat Wakefield. Æsch. Choeph. 498. Καὶ τῆσδ' ἄκουσον λοισθίου βοῆς, πάτερ, Ἰδὼν νεοσσοὺς τούσδ' ἐφημένους τάφῳ. Conferas etiam nostri Tro. 752. Herc. F. 72. MONK.

407. μονόστολος] Ita vocem exponit scholiasta. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν μονοστελλομένων πλοίων. μονόστολος οὖν ἀντὶ τοῦ ἔρημος. Noster Phœn. 754. μονοστόλου δορός. Ceterum constructio verborum eadem in Med. 51. Πῶς σοῦ μόνη Μήδεια λείπεσθαι θέλει; utrobique genitivus pendet a verbo λείπεσθαι. MONK.

410. κούρα] κόρα Ald.

412. ἀνόνατ' ἀνόνατ'] ἀνόνητ' ἀνόνητ' Ald.

413. τᾶδ'] τῇδ' Flor. 15. τῷδ' Flor. 2. Lasc.

424. παιᾶνα] Παιὰν de quovis hymno, etiam qui diis infernis accinebatur, dictum est, notante Abreschio ad Æsch. Choeph. 149. (Παιᾶνα τοῦ θανόντος ἐξανδωμένας.) ubi versum Alcestidis citat scholiasta. Dixit igitur Æschylus Theb. 866. Ἀΐδη τ' Ἐχθρὸν παιᾶν' ἐπιμέλπειν. Agam. 654. Πρέπει λέγειν παιᾶνα τόνδ' Ἐριννύων. Noster Tro. 582. Τί παιᾶν' ἐμὸν στενάζεις; In his vero et similibus credo per euphemismum dictum esse: certe nonnunquam inter pæanas et luctuosas nænias distinguunt poetæ: vid. Stanl. ad Æsch. Choeph. 149. Citant viri docti Hom. Il. I. 158. Ἀΐδης τοι ἀμείλιχος, ἠδ' ἀδάμαστος. ad quem locum scholiasta Venetus et Eustathius conferunt fragm.

Æschyli Niobæ, Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δώρων ἐρᾷ, Οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων λάβοις, Οὐδ' ἐστὶ βωμὸς, οὐδὲ παιωνίζεται. MONK.

429. πώλους] Kirchmann. de Fun. Rom. 2. p. 190. advocat Persas apud Herodotum Masistium lugentes: locus est 9, 24. ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατόπεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατίη καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ χρεώμενοι ἀπλέτῳ. Idem fecisse Thebanos mortuo Pelopida, et Alexandrum ob luctum Hephæstionis, auctor est Plutarchus vol. 1. p. 296 C. 704 E. MONK.

435. Πελίου] Πελία Monkius recte fortasse.

436. δόμοις] Error typothetæ pro δόμοισι, ut ex annotatione apparet.

439. Ab θεὸς novum versum incipit Ald. et ab ἐλάτᾳ v. 444.

444. Ἀχεροντίαν] Ἀχεροντείαν Flor. 2. Lasc. Ceteri Ἀχεροντίαν, præter scholiastam qui Ἀχερουσίαν. In Herc. F. 840. vulgatur Ὡς ἂν πορεύσας δι' Ἀχερούσιον πόρον Τὸν καλλίπαιδα στέφανον αὐθέντῃ φόνῳ—unde liquet subaudiendum esse διὰ in nostro loco, et in Soph. Trach. 560. Ὃς τὸν βαθύρρουν ποταμὸν Εὔηνον βροτοὺς Μισθοῦ 'πόρευε χερσίν. Scribitur Ἀχερούσιος etiam in Æsch. Ag. 1169. Contra Ἀχερόντιος Herc. F. 772. Arist. Ran. 471. et hoc, ut opinor, magis poeticum est. Callim. fragm. 110. Ἐν στομάτεσσι νεὼς Ἀχεροντείας ἐπίβαθρον. MONK.

449. κυκλὰς] κυκλὰς ὥρα est tempus anniversarium. Orpheus hymno 52, 7. κινῶν τε χοροὺς ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις. iterumque 55, 5. σβεννύμενε λάμπων τε καλαῖς ἐνὶ κυκλάσιν ὥραις. MUSG.

Καρνείου] Καρνεῖα festa in honorem Apollinis Spartæ celebrata, septimo die mensis Carneï incipiebant, sexto decimo terminabantur. Plurima veterum loca has ferias spectantia indicarunt Meursius Græc. Fer. p. 178. Spanhem. ad Callim. in Apoll. 72, 78. Duker. ad Thucyd. 5, 54. MONK. καρνίου Flor. 10. H.

περινίσσεται ὥρα] Corrupte Hesychius περιΐσσεται ὥρας: περιέρχεται τὰς ὥρας.

452. λιπαραῖσι] Λιπαραὶ, Athenarum epitheton perquam frequentatum, sonabat *præstantes*, vel *splendidæ*, interprete Spanhemio ad Callim. H. in Del. 155. et 164. Noster quidem Tro.

807. Λιπαραῖσι κόσμον Ἀθάναις. Pind. Nem. 4. 29. λιπαρᾶν εὐωνύμων ἀπ' Ἀθανᾶν. et sic Isthm. 2. 30. Idem apud schol. Aristoph. Acharn. 637. Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθᾶναι. et apud schol. Nub. 299. λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθᾶναι. Hujus tituli amorem aperte ridet Aristophanes, Acharn. 639. Εἰ δέ τις ὑμῶν ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας, Ηὕρετο πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαρὰς, ἀφυῶν τιμὴν περιάψας. et in Eq. 1329. Hæc loca, cum aliis quibusdam eodem facientibus, indicaverunt, præter Spanhemium, Wesselingius Probab. p. 42. Wyttenbach. Bibl. Crit. 3. 1. p. 50. MONK. ὀλβίαις om. Flor. A. 10. 15.

457. τεράμνων] Scribendum τερέμνων cum Monkio.

460. ὦ φίλα γυναικῶν] Hanc constructionem attigit Porsonus Præf. ad Hec. p. 54 afferens ex Theocrito φίλ' ἀνδρῶν. ex Callimacho (Fragm. 131.) πρηεῖα γυναικῶν. ex Aristoph. Ran. 1081. ὦ σχέτλι' ἀνδρῶν. Istis adjicias Heracl. 567. ὦ τάλαινα παρθένων. Quin et in Hippol. 849. leguntur eadem verba ὦ φίλα γυναικῶν. MONK. Sophocli Trach. 222. restituendum ἴδ', ὦ φίλα γυναικῶν. ubi libri γύναι.

461. σὺ] σύ γε Lasc. Ald. cum Flor. 2.

463. ἐπάνωθε πέσοι] ἐπάνω πέσειε Flor. 2. Lasc. Ald. Versus in Ald. sic divisi, χθὼν— | εἰ δέ— | ἤ—εἴη.

464. ἔμοιγ'] Scribendum ἐμοί τ' cum Hermanno.

481. Τιρυνθίῳ] Dicitur Hercules in Herc. F. 387. Μυκηναίῳ πονῶν τυράννῳ. Mycenis enim regnavit Eurystheus. Monuit Elmsleius ad Heracl. 164. Herculem et Eurystheum promiscue Argivos et Tirynthios a tragicis appellari. Vid. infr. vv. 507. 576. 854. Consulenda est etiam insignis ejusdem nota ad Heracl. 188. MONK.

487. ἀπειπεῖν τοὺς πόνους] Significat ἀπειπεῖν, *to renounce*, ut infra 753. ἀπειπεῖν—τὴν σὴν πατρῴαν ἑστίαν. Herc. F. 1357. Ὧν οὔτ' ἀπεῖπον οὐδέν. Eundem sensum exprimit Suppl. 344. Οὐκ οὖν ἀπαυδᾶν δυνατόν ἐστί μοι πόνους. Contra ἀπειπεῖν cum dativo est *deficere*. de qua signif. vid. Blomfield. ad Æsch. Theb. 840. MONK.

496. αἵμασιν] Hanc fabulam attigere Q. Calaber 6. 245. Ovid. Her. 9. 67, 89. Met. 9. 194. ubi nostrum locum, ut videtur, respicit. *Quid? quod Thracas equos, humano sanguine pingues, Plenaque corporibus laceris præsepia vidi, Visaque dejeci, dominumque ipsosque peremi?* MONK.

498. Θρηκίας] Θρᾳκίας Flor. 2. Lasc. Ald. De pelta Thracia vid. schol. Rhesi v. 311.

500. πρὸς αἶπος] Simili metaphora Helen. 1443. ἕλκουσι δ' ἡμῖν πρὸς λέπας τὰς συμφορὰς σπουδῇ σύναψαι. quos locos inter se comparavit Musgravius.

502. Λυκάονι] De Lycaone hoc, Martis filio, ab Hercule occiso, nihil legitur. Lycaon certe, Nelei filius, Nestoris frater, ab eo occisus memoratur. BARNES.

503. Κύκνῳ] Hoc certamen attigit Herc. fur. 391. Historia narrata est apud Hesiod. Scut. 327. MONK.

506. πολεμίων] πολεμίαν Flor. 15. H. minus bene.

507. τῆσδε om. Flor. 2. Lasc.

511. θέλοιμ' ἂν] Scilicet χαίρειν. Idem lusus est in voce χαῖρε, Hec. 430. ubi Polyxena dicit Χαῖρ', ὦ τεκοῦσα, χαῖρε, Κασάνδρα τ' ἐμή. respondet Hecuba, Χαίρουσιν ἄλλοι, μητρὶ δ' οὐκ ἔστιν τόδε. et Phœn. 627. ΠΟ. Μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε. ΙΟ. χαρτὰ γοῦν πάσχω, τέκνον. quæ non interrogative sed εἰρωνικῶς dicta esse arbitror. MONK.

527. τέθνηχ' ὁ μέλλων, κοὐκέτ' ἔσθ' ὁ κατθανών] Sic A.H. et Par. B.D. Flor. A. 10. In Flor. 15. τέθνηχ' ὁ μέλλων κοὐκέτ' ἔσθ' ὁ θανών. In Flor. 2. Lasc. Ald. τέθνηχ' ὁ μέλλων χὠ θανὼν οὐκ ἔστ' ἔτι.

536. εὕρομεν] Scribendum ηὕρομεν.

538. ξένων] ξένου Ald.

ἄλλην] Scribendum ἄλλων, quod in plerisque codicibus est.

542. φίλοις] φίλους Flor. A.

549. μεσαύλους] Mœris p. 264. μέταυλος ἡ μέση τῆς ἀνδρωνίτιδος καὶ τῆς γυναικωνίτιδος θύρα, Ἀττικῶς. μέσαυλος Ἑλληνικῶς. Contra Eustath. p. 862, 15. Ἀττικοὶ μὲν τὴν μέσην θύραν μέσαυλόν φασι· μάλιστα μὲν οὖν τὴν μέσην δυοῖν αὐλαῖν, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἣν καὶ μέταυλον αὐτός φησι. Harpocratio v. μέταυλος citat Lysiam p. 20. ed. Reisk. ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ἡ μέταυλος θύρα, καὶ ἡ αὔλειος. ibi Taylorus, "μέταυλος apud Atticos erat janua trium media, quarum prima αὔλειος, ἡ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ πρώτη θύρα τῆς οἰκίας, ut loquitur Suidas, anticum sc. vestibulum seu atrium claudens: extrema παράθυρος, posticum nempe. Hor. Ep. 1. 5. 31. *Atria servantem postico falle clientem.*" Verum sibi parum constant grammatici. Etym. M. p. 581, 6. et Zonaras p. 1345. v. μεσαύλιος, (leg. μέσαυλος.)

'Αττικῶς δὲ τὴν μέσην τοῦ πυλῶνος καὶ τῆς αὐλῆς, ἢ τῆς ἀνδρωνίτιδος καὶ γυναικωνίτιδος. Nunc certe loquitur de foribus ex aula in interiores ædium partes ferentibus. Citat Blomfieldius locum Plutarchi apprime huc facientem, in Vita Arati c. 26. τοὺς μὲν δορυφόρους καὶ φύλακας ἔξω παρεμβάλλειν ἐκέλευεν ἐν τῷ περιστύλῳ, τοὺς δ' οἰκέτας 'ΟΠΟΤΕ ΔΕΙΠΝΗΣΕΙΑΝ τάχιστα πάντας ἐξελαύνων, καὶ τὴν μέταυλον ἀποκλείων, μετὰ τῆς ἐρωμένης αὐτὸς εἰς οἴκημα κατεδύετο μικρὸν ὑπερῷον. et Schneider. in Epimetro ad Xenoph. Mem. p. 279. MONK.

558. ἐχθροξένους] Scribendum κακοξένους ex A.H. Par. A. Flor. A. 10. 15.

560. διψίαν] Homerus Il. Δ. 171. Καί κεν ἐλέγχιστος πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην. Hesiodus apud Eustath. p. 461, 6. Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὸς ποίησεν ἔνυδρον. Spanhemius ad Call. Lav. Pall. 46. allegat Æsch. Suppl. 32. Πρὶν πόδα χέρσῳ τῇδ' ἐν ἀσώδει Θεῖναι. quod de regione Argiva dictum est. Pausan. 2. p. 112. θέρους δὲ αὖά σφισιν ἐστὶ τὰ ῥεύματα, πλὴν τῶν ἐν Λέρνῃ. Plura apud ipsum videas. MONK.

570. καὶ ὁ] χ' ὁ Flor. 2. Lasc.

εὐλύρας] Epitheton est Apollinis in Aristoph. Thesm. 969. Idem et χρυσολύρας appellatur ib. 315. MONK.

571. Ex hoc loco Hesychius, ἠξίωσε ναίειν: ἄξιον ἡγήσατο οἰκεῖν.

573. σοῖσι] Admetum compellat.

577. ποιμνίτας] ποιμνῆτας Flor. 2. Ald. In ποιμνίτας consentit Ælian. N. A. 12, 44.

585. πέραν] Recte quoad sensum Buchananus, *Pernici pede deserens abietum alticomum nemus*. MONK.

588. πολυμηλοτάταν] Epith. Homericum Il. B. 605. Ὀρχομενὸν πολύμηλον. Pind. Pyth. 9. 11. τόθι νιν πολυμάλου Καὶ πολυκαρποτάτας Θῆκε δέσποιναν χθονός. MONK.

589. οἰκεῖ Marklandi emendatio est. Legebatur οἰκεῖς.

590. Βοιβίαν] Respexit, ut videtur, Homer. Il. B, 711. MONK.

591. τὰν Μολοσσῶν αἰθέρα ὅρον τίθεται ἀρότοις καὶ δαπέδοις idem est quod τῇ M. αἰθέρι ὁρίζεται τοὺς ἀρότους. MATTH.

595. Αἰγαίων'] Id est mare Ægæum. Ægonis et Ægæonis nomine mare id significari pluribus exemplis docuit jam Turnebus Adversar. 19. 2. quibus adde Lucillium Anthol. [Palat.

11, 247.] De Ægæone deo, a quo nomen hoc adeptum est, vide scholiasten Apollon. Rhod. 1, 1165. Statium Achilleid. 2, 12. MUSG. Exemplis metri, quo hic versus scriptus est, in annotatione allatis adde Hecub. 1104.

599. τὰς error typothetæ est pro τᾶς.

602. αἰδῶ recte interpretantur *pudorem*, siquidem *pudor* non tantum est eorum, quos turpiter fecisse pudet, sed animi affectus, quo turpiter facere veremur. Hinc illa αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἠὲ πέφανται. Miro errore Flor. A. 10. 15. εὐγενὲς εὐγενὴς αἰδεῖται ἐκφέρεται, nimirum τὸ εὐγενὲς ἐκφέρεται πρὸς αἰδῶ idem est atque ὁ εὐγενὴς αἰδεῖται. MATTH.

603. πάντα σοφίας pro πᾶσα σοφία dictum est ut ἐν παντὶ κακοῦ εἶναι, εἰς πᾶν κακοῦ ἀφικνεῖσθαι, de quibus v. Gramm. Gr. §. 443, 3. MATTH.

605. κεδνὰ πράξειν] Recte ad sensum Buchanan. *Et mentem bona spes habet successura homini pio omnia recte.* Longe aliter vulgo interpretantur. Dictum est κεδνὰ πράξειν pro κεδνῶς vel καλῶς πράξειν. Omnino conferenda sunt Orest. 531. Θυγάτηρ δ' ἐμὴ θανοῦσ' ἔπραξεν ἔνδικα. Iph. A. 346. πράσσοντα μεγάλα. Electr. v. ult. εὐδαίμονα πράσσει. In eodem sensu κεδνὸς adhibetur Tro. 684. οὐδὲ κλέπτομαι φρένας, Πράξειν τι κεδνόν. Æsch. Choeph. 699. Κεδνῶν ἕκατι πραγμάτων. Ea vox usum habet non minus late patentem quam ἀγαθὸς vel ἐσθλός. Dicta sunt κεδνὸς ἄναξ, κεδνὸς ἑταῖρος, κεδνὴ ἄλοχος, κεδνὴ παρθένος, κεδνὴ ἀμφίπολος, κεδνοὶ τοκεῖς, κεδνὰ τέκνα, κεδνοὶ λόγοι, κεδνὰ ἤθεα, κεδνὴ χάρις, κεδνὰ πράγματα, κεδνὴ τύχη, κεδνὴ ἀγγελία, &c. MONK.

610. ὑστάτην ὁδόν] Ita Soph. Ant. 807. Τὰν νεάταν ὁδὸν Στείχουσαν. Trach. 876. Βέβηκε Δηάνειρα τὴν πανυστάτην Ὁδῶν ἁπασῶν. Ceterum morem compellandi mortuos in pompa funebri, et valedicendi, tetigit noster Suppl. 775. Αἴδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους, Φίλους προσαυδῶν. 806. Προσαυδῶ σε τὸν θανόντα. ubi fallitur Marklandus. Verba, quibus Alcestin chorus alloquitur, habemus infra v. 757. seq. MONK.

658. ἀτιμάζων τὸ σὸν—προὔδωκά σ'] ἀτιμάζοντα σὸν προὔδωκας Flor. 2. Lasc. Ald.

672. θνήσκειν] θανεῖν Flor. 10. 15.

679. ἄγαν] μ' addunt Flor. 2. Lasc. Ald.

689. ἠδίκηκα] ἠδίκησα Flor. A. 2.

691. χαίρεις ὁρῶν φῶς, πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;] Hoc versu utitur Aristoph. Thesm. 194. et imitatur Nub. 1415. κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς;

699. ἐφεῦρες] Scribendum ἐφηῦρες.

700. πείσεις ἀεὶ A.H. Flor. A. 10. 15. Vulgo πείσειας ἄν. Valet τὴν παροῦσαν ἀεὶ γυναῖκα, *uxorem quæ pro tempore fuerit*. Hic usus vocis ἀεὶ omnibus satis notus est, etsi frequentius inter articulum et participium interponitur, ut in Hec. 1172. ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται. Herod. 6. 58. φάμενοι τὸν ὕστατον αἰεὶ ἀπογενόμενον βασιλήων, τοῦτον δὴ γενέσθαι ἄριστον. et sic passim: alio tamen ordine Æschylus Prom. 973. Σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί. ubi vid. Blomfield. Noster Orest. 880. Ἔλεξε δ', ὑπὸ τοῖς δυναμένοισιν ὢν ἀεί, Διχόμυθα. Electr. 1277. Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τεθήσεται, Νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί. i. e. *unumquemque reum*. Aristophanes Vesp. 1318. περὶ τὸν εὖ πράττοντ' ἀεί. Hunc Græcismum sumpsit Cicero in Verr. 5. 12. *omnes Siceliæ semper prætores*, citatus a Valcken. ad Theocriti Adon. p. 197 C. MONK.

701. ὀνειδίζεις] ὀνειδίζειν Flor. A. 10. 15.

708. λέγ', ὡς ἐμοῦ λέξαντος] Scholiasta, ὡς ἐμοῦ κακῶς ἐλέγξαντος δι' ὧν οὐκ ἠθέλησας ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποθανεῖν. ubi lege ὡς ἐμοῦ κακῶς σε λέξαντος δι' ὧν οὐκ ἠθέλησας ὑπὲρ ἐμοῦ ἀποθανεῖν. Quod in illius modum vitio non infrequenti corruptum est. Ceterum fallitur ille quum κακῶς supplet ad λέξαντος. Hæc enim est Admeti sententia: Dic uti ego dixi. Non impedio enim. Quod si acerba tibi fuerunt quæ dixi, debebas melius mecum agere: ita enim nunquam te verbis læderem. L. DINDORF.

710. σοῦ δ' ἂν] Scholiastæ annotatio καὶ ἐν συναλοιφῇ σοῦ δ' ἂν ad σοῦ τἂν spectat: id quod, si verior est altera scriptura καὶ οὐ συναλοιφῇ, repudiavit ille. L. DINDORF.

713. μείζον' ἂν ζῴης χρόνον] *Per me licet vel Jovem vivendo superes*. Ita Sophocles El. 1457. ab Hermanno comparatus, χαίροις ἄν, εἴ σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε.

717. σημεῖα τῆς σῆς, ὦ κάκιστ', ἀψυχίας] σημεῖά γ', ὦ κάκιστε, ταῦτ' ἀψυχίας Ald.

718. γ' om. Flor. 2.

722. τοῦ θεοῦ] θεὸς pro *sole* sæpenumero dicitur, plerumque

sine articulo. Orest. 1024. φέγγος εἰσορᾷν θεοῦ Τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα. Suppl. 210. ubi confert Barnesius ejus fabulæ v. 471. et Med. 353. Indicat Wakefieldius Soph. Trach. 145. θάλπος θεοῦ. MONK.

723. ἐν ἀνδράσιν] Id est ἀνδρεῖον.

724. οὐκ ἐγγελᾷς] Conviciari Admetum dicit Pheres, quod ei non contigerit gaudere patris funere efferendo. HERMANN.

727. In annotatione errorem corrige typothetæ, qui πλέουν pro πλέων posuit.

728. ἐφεῦρες] Scribendum ἐφηῦρες.

734. ἔρροις] ἔρρου Ald.

735. ὄντος] ὄντες Flor. 2 (a correctore). 15. Lasc.

736. τῷδέ γ' εἰς ταυτὸν A.H. Flor. 10. 15. τῷδ' ἔτ' εἰς ταὐτὸ Lasc. Ald.

737. χρῆν] χρή Ald.

741. Ald. ὦ σχετλία, τόλμης, γενναία, omissis ἰὼ, ἰώ. ἰὼ, ἰώ præponunt et σχετλία τ. ὦ γενναία habent Parr. B.D. Flor. A. 2. 10. 15. Havn. Lasc. σχετλίη Havn. τόλμας Flor. A. 15. Præterea Flor. A. 10. 15. post τόλμας sic: καὶ μέγ' ἀρίστη, ὦ γενναῖα, χαῖρε κ. τ. λ. ὦ γενναία Parr. B.D. Flor. A. 2. 10. 15. Havn. Lasc. γενναία deest in Par. D. MATTH.

746. παρεδρεύοις] προσεδρεύοις Flor. 2. Lasc. Ald. Hæc locutus chorus, orchestra relicta, funus Alcestidis in elatione comitatur. Absentiæ chori, postquam semel ingressus esset scenam, paucissima sunt in tragœdiis superstitibus exempla. Id vero factum hic et in Ajace Sophocleo, v. 814. occasionem dat nobilibus Herculis et Ajacis orationibus, quas in vacua auditorum scena loqui oportebat. In Æschyli Eumen. chorum abscedere e scena, actione nondum absoluta, postulat fabulæ istius œconomia. MONK.

755. Insanam Herculis voracitatem notarunt veteres, quorum loca servavit Athenæus 10. p. 411 B. Conferre possis Callim. Hymn. in Dian. 146. τοῖος γὰρ ἀεὶ Τιρύνθιος ἥρως Ἕστηκε πρὸ πυλέων, ποτιδεγμένος εἴ τι φέρουσα Νεῖαι πῖον ἔδεσμα. Aristoph. Ran. 549. Vid. Spanhem. ad H. in Dian. 160. MONK.

756. ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι] Ita omnes præter Lasc. qui corrupte dedit δ' ἐχείρεσι. [δὲ χείρεσι Flor. 2.] Dubito autem

annon rectius esset Ποτήριον δ' ἐν χερσὶ κ. λ. Scholiasta certe habet Ποτῆρα δ' ἐν χερσὶ, et suspecta est in dialogo poetica forma χείρεσσι. Sophocles quidem Ant. 1297. habet senarium Ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον, sed eum choricis versiculis interjectum. Vocem ποτὴρ non alibi vidisse memini, præter Cycl. 151. Erat κισσύβιον rusticum poculum, cujus descriptionem videas apud Athenæum 11. p. 476 F. citantur ibi Homerus Odyss. I. 346. Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο. Euripides in Andromeda, Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος. Conferas Etymologum M. p. 515, 33. Bentleium ad Callim. Fragm. 109. Valckenærium ad Theocr. Id. 1, 27. Noster in Cycl. 390. Σκύφος τε κίσσου παρέθετ' εἰς εὖρος τριῶν Πήχεων, βάθος δὲ τεσσάρων ἐφαίνετο. MONK Recte habet scriptura vulgata.

757. μελαίνης μητρὸς de *uva* interpretatur Reiskius, de *vite* minus speciose scholiastes. Favet tamen scholiastes Nicandri μέλαιναν ἄμπελον memorans ad Theriac. 519. Si ad hunc locum pertinet Hesychii glossa, (quæ probabilis sane suspicio est) sic emendanda erit: Μητρὸς μέθυ: φύσις τῆς ἀμπέλου. MUSG.

768. οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ'] Morem istum tollendi manus in luctu funereo noster attigit Suppl. 774. Ἀλλ' εἶεν· αἴρω χεῖρ', ἀπαντήσας νεκροῖς, Αἴδου τε μολπὰς ἐκχέω δακρυρρόους, Φίλους προσαυδῶν. ubi corrigit Elmsleius, partim cum Marklando, Ἀλλ' εἶμ', ἐπαρῶ χεῖρ'. Utrobique significatur mortuorum salutatio. MONK. Æschylus Choeph. 9. οὐ γὰρ παρὼν ᾤμωξα σὸν, πάτερ, μόρον οὐδ' ἐξέτεινα χεῖρ' ἐπ' ἐκφορᾷ νεκροῦ.

777. συνωφρυωμένῳ] Pollux 2, 50. καὶ μὴν παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς τὸ συνωφρυῶσθαι ἐπὶ τῶν λυπουμένων. legitur quoque participium infra v. 800. Soph. Trach. 871. MONK.

780. οἶδας] Non admodum frequens est forma οἶδας pro communi οἶσθα. Philemon Athenæi 4. p. 175 D. corrigente Porsono Advers. p. 73. Νάβλας δὲ τί ἐστ': οὐκ οἶδας, ὦ 'μβρόντητε σύ; Μὰ Δί', οὐ: τί φῄς; οὐκ οἶσθα νάβλαν; οὐδὲν οὖν Οἶδας ἀγαθὸν σύ γ'. Oraculum apud Herod. 4. 157. Αἴ τυ ἐμεῦ Λιβύην μηλοτρόφον οἶδας ἄμεινον Μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος, ἄγαν ἄγαμαι σοφίην σεῦ. Extat etiam Hom. Od. A. 337. sed in fine versiculi. MONK. οἴδατε Aristophani restitui Acharn. 294.

790. πλεῖστον—Κύπριν] Κύπριν—πλεῖστον Flor. A. 10. 15.

794. λύπην ἀφεὶς] ἀφεὶς λύπην Flor. 10. 15.

795. πύλας pro τύχας repositum ex Par. B.D. Utramque scripturam memorat scholiasta. Conf. v. 829.

809. ἄγαν ἐ. A.H. Flor. 10. 15. ἄγαν γ' ἐ. vulgo.

811. θυραῖος] Male libri quidam οἰκεῖος: quomodo si locutus esset famulus, Hercules statim rem ut se habebat intellexisset. Nunc et ironice et ænigmatice loquitur famulus. MATTH.

813. χαίρων ἴθι non tam est *vade et vale*, quam *valeas, noli mihi diutius importunus et molestus esse*, ut Phœn. 921. idem fere quod πολλὰ χαίρειν σε κελεύω. MATTH.

815. τι—σ' ὁρῶν A.H. Flor. A. 10. 15. Vulgo σε—ὁρῶν.

832. ἀλλὰ σοῦ τὸ μὴ φράσαι] Hæc structura est admirantis vel indignantis: Aristoph. Nub. 818. τῆς μωρίας, Τὸ Δία νομίζειν, ὄντα τηλικουτονί. uti corrigit Hermannus ad locum, pro τὸν Δία, citans Av. 5. Nub. 268. Ran. 741. Τὸ δὲ μὴ πατάξαι σ' ἐξελεγχθέντ' ἄντικρυς, Ὅτι, δοῦλος ὤν, ἔφασκες εἶναι δεσπότην. Infinitivum istum tetigit Valckenærius ad Phœn. 1715. et ad Theocr. Adon. p. 384 C. De genitivo indignantis, vide Kœn. ad Greg. Cor. p. 58. (p. 137. ed. Schæf.) Simillima est constructio in Med. 1047. ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, Τὸ καὶ προέσθαι μαλθακοὺς λόγους φρενί. MONK.

133. προσκειμένου Scaliger. Legebatur προκειμένου.

839. Ἠλεκτρύονος Blomfieldus, qui Ἠλεκτρυόνος scribere debebat, de quo dixi in Thesauro Stephani. Ἠλεκτρυῶνος libri.

842. θ' A.H. Par. B. Flor. 10. 15. Vulgo δ'.

845. Ordo est πίνοντα προσφαγμάτων πλησίον τύμβου. Exempla genitivi sequentis verba transitiva, subaudito μέρος τι, habes in Hec. 614. Βάψασ' ἔνεγκε δεῦρο ποντίας ἁλός. Arist. Eq. 1181. τουτουὶ φαγεῖν Ἐλατῆρος. Herod. 3. 11. ἐμπίοντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκουροι, οὕτω δὴ συνέβαλον. "Quo ritu inferiæ defunctis dari consueverint, ex Homero liquere potest Odyss. Λ. 25. Βόθρον ὄρυξ', ὅσσον τε πυγούσιον, ἔνθα καὶ ἔνθα· Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χέομεν πᾶσιν νεκύεσσι, Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ, Τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνον." Stibl. Omnino consulat lector doctissimum Blomfieldium in Gloss. ad Æsch. Pers. 616. MONK.

852. Κόρη absolute pro κόρη Δήμητρος, quod est supra v. 368. Heracl. 409. 601. Herc. F. 1107. Conferendum Herc. F. 608. Χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ἐξ ἀνηλίων μυχῶν Αἴδου κόρης ἔνερθεν, οὐκ

ἀτιμάσω Θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας. Corrigo Αἵδου Κόρης τ'. MONK.

863. ἒ ἔ] Alii libri αἶ αἶ, quod αἰαῖ scribendum restituendumque est. Interjectiones ἰώ μοί μοι, αἰαῖ conjungit in Hippol. 569.

864. πᾶ Porsonus. πῆ libri: quod si recte legitur, versu proximo ὀλοίμαν in ὀλοίμην mutandum foret cum Monkio. Sed putavi his duobus versibus Dorismum esse relinquendum.

ποῖ βῶ; πᾶ στῶ;] Conf. ad Hecub. 1079.

866. ἔτεκεν] ἔτικτε H. Lasc. ἔτικτεν Flor. 10. 15.

873—876. Interjectiones αἰαῖ et ἒ ἔ et φεῦ φεῦ et ἰώ μοί μοι choro tribuunt Lasc. Ald. Correctum ex codicibus.

877. λυπρόν codices et Lasc. λυπηρόν libri.

879. τί γὰρ ἀνδρὶ κακὸν μεῖζον ἁμαρτεῖν πιστῆς ἀλόχου;] Negligentius dictum pro ἢ ἁμαρτεῖν. Similiter Æschylus Agam. 601. τί γὰρ | γυναικὶ τούτου φέγγος ἥδιον δρακεῖν, | ἀπὸ στρατείας ἄνδρα σώσαντος θεοῦ πύλας ἀνοῖξαι; ubi locum Euripidis comparavit Blomfieldus.

886. εὐνὰς θανάτοις κεραϊζομένας] Imitatur Homerum Il. X, 63. καὶ θαλάμους κεραϊζομένους. BLOMF.

907. Scholiasta exponit ἅλις per μετρίως. Hesychius etiam in voce, ἔστι καὶ μετρίως· ὡς Εὐριπίδης ἐν Ἀλκήστιδι. Albertius confert Med. 629. εἰ δ' ἅλις ἔλθοι Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς Εὔχαρις οὕτω. MONK.

914. πολὺ γὰρ τὸ μέσον] Schol. τὸ μέσον· τὸ διάφορον τῆς νῦν τύχης καὶ τῆς παλαιᾶς. Euripidea confert Wesselingius ad Herod. 9. 82. ubi πολλὸν τὸ μέσον. et 1. 126. οἱ δὲ ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον. Ceterum conferri possint Tro. 148. Æsch. Prom. 570. MONK.

916. ἔστειχον ἔσω (εἴσω Flor. A. 2. 10. 15.)] ἔστιχον εἴσω H.

918. πολυάχητος] πολυήχητος Monkius.

921. εἶμεν] Vid. ad Hippol. 349.

926. παρ' εὐτυχῆ—πότμον] *Confestim secutus prosperam fortunam.* Similis est usus τοῦ παρὰ in Demosthene περὶ στεφάνου 6. p. 229. 16. ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν, οὖσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι. MONK. Rectius vertisset: *eo ipso tempore, quo fortuna secunda utebaris.* Vid. Heindorf. ad Plat. Prot. p. 521. MATTH.

944. ἐξελᾷ] ἐξολεῖ Ald.

960. *κύδιον*] Hoc vocabulo utitur etiam in Androm. 639.

966. *εὗρον*] Scribendum *ηὗρον*.

968. *σανίσιν*] Conservatas ad Hæmum, Thraciæ montem, tradit scholiastes ad Hecub. v. 1257. Quicquid hujus fuerit, Euripides haud dubie respicit scripta, quæ sua et Platonis ætate Orpheo tribui solebant. Vid. de Rep. 2. p. 364. MUSG. Revera ejusmodi tabulas exstitisse ex Heraclito tradit scholiasta.

248. χαίρων ἴθ'· εἰ γὰρ μὴ Matthiæ. χαίρων ἴθι δὴ μὴ γὰρ codices. χαίρων ἴθι· μὴ οὐ γὰρ Ald. Post καλῶς indicavi lacunam, quæ in medio relinquo utrum ante an post αὐτὸς sit statuenda. Hermanno scribendum videbatur, χαίρων ἴθ'· εἰ δὲ μὴ βεβούλευσαι καλῶς αὐτὸς, | πιέζειν τὴν τύχην ἡμᾶς τί δεῖ;

250. ἐν νέοισι] Respicit ad v. 232.

252. ἀλλ' ὡς ἰατρὸν τῶνδ', ἄναξ, ἀφίγμεθα] Mihi videtur aliquis ad verba ἀλλ' ὡς ὀναίμην, ut eadem constructio conservaretur, adscripsisse ἀλλ' ὡς ἰατρόν, alius vero versum integrum procudisse. MATTH. Recte hunc versum delent Matthiæ et Dobræus.

253. Apte cum hoc loco confert Elmsl. in censura locum Thuc. 4, 83. Περδίκκας δὲ οὔτε δικαστὴν ἔφη Βρασίδαν τῶν σφετέρων διαφορῶν ἀγαγεῖν, μᾶλλον δὲ καθαιρετὴν ὧν ἂν αὐτὸς ἀποφαίνῃ πολεμίων. Ante εἰλόμην necessario inserendum putavi σ', et sic legi fertur in ed. Basil. 1562. MATTH.

258. ἄγ'] ἀλλ' Elmsleius ex v. 359.

259. γλαυκὴν χλόην φυλλάδος καταστεφῆ est descriptio τῆς ἱκετηρίας seu *rami supplicis*. per γλαυκὴν χλόην φυλλάδος intelligit *frondem virentem olivæ:* per καταστεφῆ lana *redimitam* seu *cinctam*. MARK. καταστεφῆ Scaligeri emendatio est. Libri καταστροφῇ.

260. πυρφόρον] Ob lampadem quam manu gestans filiam Proserpinam quæsivit. Monuit Barnesius.

261. μάρτυρ' codices. μάρτυρας Ald.

263. Lacunam indicavit Canterus. Chori personam apposuit Hermannus.

ὃς] Pittheum dicit.

268. δοῦλος codices et Stobæus 105, 18. δοῦλοι Ald.

271. βᾶθι, τάλαιν', ἱερῶν] Una aliqua ex choro ceteras allo-

quitur, hic, ut unam personam; alibi, ut plures: quod fieri solet. MARK.

273. *τεθνώτων* (debebat *τεθνεώτων* ut Reiskius) Heathius. Legebatur *τε θνατῶν*.

κομίσαι Marklandus. *κόμισαι* libri.

275. *ἰώ μοι· λάβετε, φέρετε, πέμπετ', ἀείρετε* (libri *πέμπετε κρίνετε*) *ταλαίνας χέρας γεραιάς* (nam sic libri)] Delenda sunt hæc verba, quæ librarius aliquis intulit, et loco quidem valde absurdo, leviter interpolata ex Hecubæ v. 62. ubi legitur, *λάβετε, φέρετε, πέμπετ', ἀείρετέ μου γεραιᾶς χειρὸς προσλαζύμεναι.*

277. *πρός σε* Marklandus. Aberat *σε*.

279. *ἀμφιπίτνουσα*] Scribebatur *ἀμφιπιτνοῦσα*.

δειλαία, quod dactyli mensuram habet, restituit Hermannus. Legebatur *δειλαίαν*.

280. *ἱκέταν*] Scribendum *ἱκέτιν* cum Marklando. Ceterum mihi non videtur dubitari posse quin hic quoque versus hexameter fuerit. Fortasse igitur, *δειλαία*, qui parum elegans in fine præcedentis versus dactylus est, in hunc versum translato sic hæc sunt redintegranda.

ἄντομαι ἄντομαι, ἀμφιπίτνουσα τὸ σὸν γόνυ καὶ χέρα
δειλαία, οἴκτισαι οἴκτισαι ἀμφὶ τέκνων μ' ἱκέτιν τάφου—.

De vocabulo *τάφου* addendo etiam Elmsleius cogitavit ad Med. 1232.

281. *ᾗ* Musgravius. *ἡ* libri.

ᾗ—ἰήλεμον—ἡλικίᾳ] Scribendum *ᾇ—ἰάλεμον—ἀλικίᾳ*.

284. *ἔπι δάκρυον* Heathius. *ἐπὶ δάκρυον* Flor. 1. 2. *ἐπιδάκρυον* Ald.

285. *πίτνω*] Libri *πιτνῶ*.

288. *κἀμὲ γὰρ διῆλθέ τι*] Hoc est verbis Herodoti 3, 14. *ἐσῆλθε οἶκτός τις*. Usus particulæ *τι*, cum quis se affectu aliquo commotum sentit. Plutarchus Nicia, p. 541 C. *τοιαῦτα τοῦ Νικίου λέγοντος, ἔπαθε μέν* TI *καὶ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τοὺς λόγους, ὁ Γύλιππος.* Sic et Lysandro, p. 434 A. Xenophon Conviv. p. 873 D. *οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ* TI *τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου.* Athenæus 8. 7. p. 346. *προσπεπονθέναι* TI *δεῖ, tangi aliquo affectu.* MARK.

290. *ἐσχάραις* Canterus. Libri *ἐσχατιαῖς*. Vetat autem Theseus matrem *flere dum assideret aris* (*ἐσχάραις*) *Cereris*, quia nihil triste conveniebat sacrificantibus. unde chorus ad Clytæmnestram (Iphig. Aulid. 1487.) dicit, *non lacrymari decet*

in sacris. vide Plutarchum in Fabio, p. 184 E. Sed præcipue in Cereris sacris hoc cavebatur: Livius 34. 6. *quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, Senatus finiri luctum triginta diebus jussit.* et 22. 56. *adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat.* MARK.

296. ἐπικρύπτειν] Scribendum sensu postulante ἔπη κρύπτειν, quod conjecit Hermannus.

φίλους Barnesius. φίλοις libri.

301. ἔγωγε Par. C. Flor. 1. 2. Legebatur ἐγὼ δέ.

303. σφάλλει Elmsleius. Legebatur σφαλῇ. σφαλῇς Par. A.C.

304. μὴ 'δικουμένοις] Scribendum μάδικουμένοις.

306. νυνὶ] Suspectum est νυνὶ, quum tragici iota δεικτικῷ uti non soleant: vid. Porson. ad Med. 157.

310. καταστῆσαι Reiskius. καταστῆναι libri.

312. τὸ γάρ τοι] τὸ μὲν γὰρ Stobæus 43, 29.

316. συὸς μὲν ἀγρίου] Suis Cromyoniæ, cujus nomen Phæa. Hanc Theseus occidit in Cromyone, Corinthii agri vico. Vide Plutarch. in Theseo. BARN.

319. ἐφευρέθης] Scribendum ἐφηυρέθης.

321. ὁρᾷς, ἄβουλος ὣς κεκερτομημένη τοῖς κερτομοῦσι γοργὸν ὡς ἀναβλέπει σὴ πατρίς;] Ald. ἄβουλος ὡς et Γοργόν' ὣς ἀναβλ. quod varii varie emendare conati sunt. Ego Hemsterhus. secutus sum, cui adstipulatur Valck. in nota MS. h. l. ed. Markland. [γοργὸν jam ab Scaligero correctum.] Ordo est, ὁρᾷς, ὡς σὴ πατρὶς, κεκερτομημένη ὡς ἄβουλος (ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένη de eadem Athenarum urbe Isocrat. Panegyr. c. 14. loco a Musgravio adscripto) γοργὸν ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσι. ἀναβλέπειν τινί satis tuebitur Plato Charm. p. 111. ἀνέβλεψέ τέ μοι τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀμήχανόν τι οἷον. Sic ἀντιβλέπειν τινί Æschin. p. 539. ed. Reisk. Cf. Elmslei. ad Bacch. 1307. Commode Gaisford. citat Eustath. ad Il. ε'. p. 602. penult. καὶ ὥσπερ ἐπαιγίζει τοῖς ἀντιπάλοις, καὶ οὐκέτι γαληνὸν καὶ μαλακὸν, ἀλλὰ γοργὸν ἐμβλέπει. Verbis γοργὸν ἀναβλ. opponitur v. 323. σκοτεινὰ βλέπειν. MATTH. Temeritatis Athenienses arguebant, qui gloriæ eorum minus favebant, quod plerumque infirmiori parti se adjungerent. Isocrates in Panegyrico: διὸ καὶ κατηγοροῦσί τινες ἡμῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς βουλευομένων, ὅτι τοὺς ἀσθενεστέρους εἰθίσμεθα θεραπεύειν. vid. infra

v. 588. Heracl. v. 177. Ad eandem calumniam pertinet ἄβουλος ὡς κεκερτομημένη, quod inverso ordine construendum κεκερτομημένη ὡς ἄβουλος. Sequentia, ut nunc quidem scribuntur, difficultate non carent; sed legendum γοργὸν ab adjectivo γοργὸς, terribilis. ὁρᾷς inquit illa:

— γοργὸν ὡς ἀναβλέπει
σὴ πατρίς; ἐν γὰρ τοῖς πόνοισιν αὔξεται.

Vides, patria tua quam terribilem adspectum habeat? nempe in ipsis laboribus augescit. Hemsterhusius structuram sic instituit: ὁρᾷς, ὡς γοργὸν ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσι. et vertit: *vides, quam torvos attollat oculos adversum irrisores*. MUSG. De Atheniensium δυσβουλίᾳ vid. Kuster. ad Aristoph. Eq. 1055.

323. ἐν γὰρ τοῖς πόνοισιν αὔξεται] Thucyd. 1, 123. πάτριον γὰρ ἡμῖν (Corinthiis) ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι. MATTH.

324. αἱ δ'—πράσσουσαι codices. αἵδ'—πράσσουσιν Ald.

330. ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν] In re militari notissima metaphora. Æschyl. Sept. 420. ἔργον δ' ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ. Auctor Rhesi v. 183. Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος· et v. 446. κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην. Hinc ἀναρρίψαι τὴν μάχην, Plutarch. Cæs. p. 727 D. vide et Brut. p. 1002 D. et Arat. p. 1040 F. Notum istud Cæsaris, *jacta esto alea*. MARK.

337. ἐσφάλη codices. ἐσφάλην Ald.

341. ἐξελεξάμην] Scribendum ἐξεδειξάμην cum Hermanno.

344. τεκοῦσα Gaisfordus. τεκοῦσα σὺ libri.

347. πείσας Elmsleius. Legebatur πείσων.

349. τάδε] τόδε Flor. 1. 2.

351. προσδοὺς Scaliger. προδοὺς libri.

354. λαβὼν δ' Ἄδραστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων] Nempe, in demonstrationem veritatis eorum quæ populo dicturus sum, de inhumanitate Thebanorum, et de necessitate succurrendi miseris supplicibus. MARK.

355. αὐτῶν] ἀστῶν Elmsleius. De quo jam Marklandus cogitaverat, sed ita ut rejiceret.

357. παρ' ὅπλοις θ' ἥμενος] Tangit hunc locum, et morem explicat ex v. 674. 684. et aliis auctoribus, Wesselingius, Dissert. Herodot. cap. 9. p. 126. MARK.

πέμψω Par. A. Legebatur λέξω.

358. ἀλλ' ὦ γεραιαὶ, σέμν' ἀφαιρεῖτε στέφη Μητρὸς] Hinc apparet quare supra v. 39. Æthra dixerit, Ἢ τάσδ' ἀνάγκας ἱκεσίους λύσῃ, *Aut ut* Theseus *has necessitates supplicatorias solvat* vel *finiat:* et v. 33. Μένω πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις. Illa enim religionis necessitate tenebatur ne posset ab ara discedere antequam Supplices eam liberassent, auferendo τὰς ἱκετηρίας, quod fieri solebat concesso isto quod petebatur: Sophocles Œdip. Tyran. 142, 143. Quamobrem Theseus eas orat, ut ramos supplices auferant, ut ita ipse matrem domum reducat. MARK.

360. πρὸς οἴκους ὥς νιν Αἰγέως ἄγω] Theseus, however, does not conduct his mother to the mansion of Ægeus, but takes her behind the scenes, where she changes her dress, and soon afterwards returns in the habit and character of the Theban herald. The competitors for the prize of tragedy at Athens, like the competitors for the prize of equine velocity at Newmarket, were compelled to observe several regulations, which were instituted for the purpose of preserving some degree of equality in their performances. The actors were not only assigned by lot to the several competitors, but the number which each competitor was allowed to employ was limited to three. See Hesychius, v. Νέμεσις ὑποκριτῶν. In consequence of this regulation, when three characters were already on the stage, a fourth could not be introduced without allowing one of the three actors sufficient time to retire and change his dress. As the actors were not allowed to *edge away at the top*, like the confidant of Tilburina, it was always necessary to furnish the performer, whose services were required in a new capacity, with a decent reason for retiring. Thus, in the Œdipus Coloneus of Sophocles, Ismene goes away to offer sacrifice at v. 509, and returns in the character of Theseus, after about forty lines, during which interval Œdipus and Antigone remain on the stage. Soon afterwards, (v. 847,) while Œdipus, Creon, and Antigone, are on the stage, Antigone is violently carried off by Creon's attendants, and returns as Theseus after about the same interval as before. It may be observed that, in this play, as in several others, it is impossible to distribute the parts for the three actors so as to give the whole of each part to the same actor. Theseus, at his second appearance, cannot choose but be a different individual from his first representative. In the same play, Œdipus, Antigone, Ismene, and

Polynices, are on the stage together from v. 1249 to v. 1446. But it is to be observed that Ismene is not only mute during the presence of Polynices, but that, in this part of the play, she does not speak a word from her entrance to her exit. The poet was at liberty to employ as many mutes as he thought proper. Perhaps this note may appear somewhat long, and rather irrelevant. We can only say, that the type is small, and that the French critics, in their interpretation of the *Nec quarta loqui persona laboret* of Horace, have omitted to point out the origin of that rule. ELMS. in *Quarterly Review* vol. 7. p. 449. The Quarterly Reviewer's observations on this subject had been in a great measure anticipated by Tyrwhitt, in his commentary on Aristotle on Poetry (sect. 10.). Tyrwhitt points out a scene in the Choephori of Æschylus, where only thirteen verses (887—889.) are interposed between two speeches which are spoken by the same actor, in two different characters. In the same manner, the actor, who represents Ulysses in the Rhesus, leaves the stage after v. 626, and returns in the character of Paris before v. 642. It appears from these instances, that the recitation of twelve or fifteen trimeter iambics allowed an actor sufficient time to retire, to change his dress, and to return. Neither Tyrwhitt nor the Reviewer has noticed the scene in the Andromache of Euripides (v. 546.), in which Peleus enters and interrupts a conversation between Andromache, Molossus, and Menelaus. Here are evidently four actors on the stage at the same time, although Molossus does not open his lips after the entrance of Peleus. Molossus, however, is a young child, and it is probable that young children did not fall within the rigour of the law. If the reader will forgive us for making a pun, which is suggested to us by dire experience, we will venture to compare the rules of the Athenian stage, with those of the Kensington stage, in which three men, three women, and three children, are counted for only six passengers. Although this system of arithmetic does not add to the comfort of the Kensington stage, it produced some advantage on the Athenian stage. As the same actor cannot perform the parts of a little boy or girl, and of a full-grown man or woman, it would have been impossible, if the indulgence of which we are speaking had not been allowed, to put a few words into the mouth of a child, without giving up

the convenience of a third actor for the adult characters. In the tragedy before us, for instance, if this licence had been withheld, the poet would have been compelled, either to omit the dialogue between the mothers and the children of the deceased captains (vv. 1123—1163.), or to arrange the first part of the play in such a manner, as to prevent Theseus and Adrastus from being on the stage at the same time with Æthra, and afterwards with the Theban herald. 'We hope here be facts.' We must acknowledge, however, that we have observed other facts, which do not quite so well accord with our hypothesis. The Medea and the Alcestis of Euripides are the only other Greek tragedies in which children speak. There are two children in the Medea, but as they speak from behind the scenes, both parts, which contain only four lines (vv. 1271. 1272. 1277. 1278.), might be given to the same performer. Now it is very remarkable, that the Medea and the Alcestis are the only plays of Euripides, in which a third actor is not required for the representation of the adult characters. If the reader will examine these two plays attentively, he will perceive that the contrivances, which are adopted in most cases for the purpose of rendering a fourth actor unnecessary, are applied in these two pieces to the exclusion of a third actor. In the Medea, if we assign the part of Medea, and the part of the Παιδαγωγὸς at the opening of the play, to the πρωταγωνιστὴς or principal performer, the second performer might represent the other five characters, and the Παιδαγωγὸς at his second appearance, without any inconvenience. As Medea speaks for a considerable time without being seen, the circumstance of her voice being heard (v. 96.) before the Παιδαγωγὸς has been sufficiently long off the stage to change his dress, is immaterial. In the Alcestis, we may assign to the first actor the parts of Apollo, Admetus, and the man-servant; and to the second, the parts of Death, Alcestis, Hercules, and Pheres. The maid-servant might be represented by either of them. At the conclusion of the play, when Alcestis is brought back to Admetus by Hercules, she preserves the most obstinate silence, to the great admiration of her husband. The poet attempts to assign a reason for her silence (v. 1147.), but we believe the true cause to have been, that the actor, who wore the robe and mask of Alcestis in the

beginning of the play, is now present in the character of Hercules. It should seem, therefore, that the liberty of introducing a child as an actor extraordinary had not been established, when Euripides wrote his Medea and his Alcestis, which we believe to be the two earliest plays of his composition which have been preserved. ELMSLEY in *the Classical Journal* vol. 8. p. 433.

362. μὴ 'ντιδουλεύει] Scribendum μάντιδουλεύει.

364. *αὐτοῦ* Marklandus. αὑτοῦ libri.

367. Versus ex duobus dochmiis compositus totidemque baccheis. In Ald. in duos dirimitur, quorum alter a Πελασγία incipit.

μεγάλᾳ Πελασγίᾳ Musgravius. Vulgo μεγάλα Πελασγία. "Pertinet ad hunc dativum et ad sequentia vocabulum ὅσια." HERM.

Πελασγίᾳ] Peloponneso.

369. Duas res optat chorus, nempe, *Ut* Theseus *referat a Thebis filios earum occisos*; et, *Ut fœdus amicitiæ ineat cum Argivis*. Ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἐξέλοι ad verbum est, *matris oblectamentum cruentum efferat*, id est, *meos filios occisos efferat*, scil. ex terra Thebana. nam ματέρος (chorus Argivarum matronarum loquitur) est ἐμοῦ ματέρος, mei, *quæ sum* eorum *mater*, ut mox v. 387. Ἄμυνε ματρὶ, πόλις, *succurre matri* (i. e. *mihi*) *O civitas*, Athenæ. et ἄγαλμα, *oblectamentum*, frequenter dicitur *de liberis*. Sic (infra 1174. ἄγαλμα ματρὸς, de *filia*, et) Iphig. Taur. 273. Νηρέως ἀγάλματα, de Nerei quinquaginta *filiabus*: et δόμων ἄγαλμα *filiam* suam Iphigeniam appellat Agamemnon apud Æschylum Agam. 216. et Καδμείας νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς γόνος, Bacchus, apud Sophoclem Antig. 1127. Vide locum in schol. Aristophan. Σφηκ. v. 312. Dorvillium ad Chariton. p. 12. et Ruhnkenium ad Timæi Lexicon Platonicum, p. 3, 4. Porro, ἐξέλοι, *efferat*, ut infra 581. γῆς ἐξελὼν 'Ασωπίας, sc. νεκρούς. Herodotus 1, 36. ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρας· *ut eam* (belluam) *e regione tollamus*. MARK.

372. τὰν addidit Heathius.

375. τί μοι πόλις κρανεῖ ποτ'; ἆρα Musgravius. Legebatur τιμόπτολις· κρανεῖ ποτ' ἆρα.

376. τεμεῖ codices. τεμοῖ Ald. "Τέμνειν φίλια, *secare amica*, est *secando* partes victimarum *facere amicitiam* seu fœdus.

ἀρθμὸν καὶ φιλίαν τέμνειν, Callimacho fragm. Bentl. 199. sic ὅρκια τέμνειν, et σπονδὰς τέμνειν, quæ ex Homero et Euripide adduxit Barnesius. τέμνειν ὅρκιον Herodotus 7. 132. et passim. et ταμόντες, absolute, absque ὅρκια, idem 4. 201. Φίλια τέμνειν adumbratum opinor ex Homero Iliad. Γ. 73. φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες. ubi scholiastes: φιλίαν καὶ ὅρκους πιστοὺς δι' ἐντόμων ποιήσαντες. MARK.

τέκνοις Flor. 1. 2. Scribebatur τέκνοισιν. Versus ex dochmio et duobus baccheis compositus, similis versui 367.

ληψόμεσθα Hermannus. Scribebatur ληψόμεθα.

377. Ad constructionem cf. Æsch. Theb. 14. θεοῖς ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων Βωμοῖσι, τιμὰς μὴ 'ξαλειφθῆναί ποτε. MATTH.

380. νέμεις] Legebatur νέμεις ἀεί (αἰεί Ald.). Delevi ἀεὶ et addidi τε post τόν.

381. Verba μὲν ἀεὶ sensui parum prodesse notavit Markland. Probabile est, quod suspicatur Musgrav., mutilum hoc exordium esse. Si recte se habet, hic esse videtur ordo sententiarum: Quum alias semper nuntios et jussa mea ad alios perfers, tum hoc tempore Thebas perge. MATTH.

384. σεμνῷ] Recte Hermannus σεμνὸν corrigere videtur. Sic Καλλίχορον σεμνὸν v. 392.

385. θάψαι νεκροὺς] Non vult Theseus, ut Creon eos *sepeliret;* sed ut *aliis sepelire eos permitteret*. eandem rem eodem modo petit Adrastus a Theseo ver. 130. Athenienses volebant eos θάψαι, i. e. *cremare*, ver. 559. sed matres eorum plus appetebant, et cupiebant θάψαι eos χθονὶ, ver. 17. i. e. *inhumare* eos, seu cineres eorum terra condere. MARK.

388. θέλωσιν] θέλωσ' libri. Correctum in ed. Brubachii.

390. δέχεσθαι] δέχεσθε Par. A.

392. Καλλίχορον] Puteum Atticæ, de quo v. Pausan. 1, 38, 6.

εὐτρεπὴς Marklandus. Legebatur εὐπρεπής.

393. γ' Matthiæ. Libri τ'.

395. τίς—ἔρχεται; Matthiæ editio. Libri recte τις—ἔρχεται, nulla post ἔρχεται interpunctione posita.

396. Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν οὐ σάφ' εἰδότι ex Musgravii conjectura legitur. Libri Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν, οὐ σάφ' οἶδ' ὅτι. Ineptum est οὐ σάφ' οἶδ' ὅτι, nec tamen οὐ σάφ' εἰδότι scripsisse potest Euripides, quum ἐοικέναι, *videri*, non soleat cum dativo

construi. Quamobrem hæc verba explendi versus caussa ab librario addita esse suspicor, quum verba poetæ excidissent.

397. κήρυξ] Recte κῆρυξ Ald.

398. μολὼν δ' Ald. δ' omittunt codices: ut a correctore Aldino adjectum videatur. Scribendum cum Elmsleio, ἥν σ' ἀπαλλάξῃ πόνου μολὼν ὑπαντὰξ τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασιν. Hesychius, ὑπαντάξ: ἐξ ἐναντίας, ἀντὶ τοῦ ὑπαντιάσας, συναντήσας. Aristoph. fr. 534. ἔφευγε, κἀγὼ τῆς ὑπαντὰξ εἰχόμην.

399. Τίς γῆς τύραννος;] Præconum genus non amavit Euripides. unde eos ut ineptos, nonnunquam ut malos homines inducit. vide Heraclid. 48. seqq. Hunc, absurdum, et abrupte ingredientem facit, Τίς γῆς τύραννος; quod in actione fabulæ proculdubio spectatoribus apparuit. Cassandra in Troas. 427. dicit, Præcones unum habere nomen generale, nempe, ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς, *odium commune hominibus*. neque de eorum virtute et constantia melius judicavit noster Orest. 886.

Τὸ γὰρ γένος τοιοῦτον· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ
Πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες.

Et scholiast. ad v. 903. citat gnomen Euripidis ex alia aliqua tragœdia, σπέρμα κηρύκων λαλόν. In Heraclid. 115. Copreus, Eurysthei præco, (de quo Apollodorus Biblioth. 4.) similiter quærit, Τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε, καὶ πόλεως ἄναξ; sed non tam abrupte quam hic præco. MARK.

401. ἑπτάστομοι πύλαι idem videntur significare quod ἑπτάπυλον στόμα Soph. Antig. 119. GAISFORD.

408. πλεῖστον] Scribendum πλεῖον cum Elmsleio.

409. Verte: *Unum quidem hoc nobis, sicut in calculorum ludo, das auctarii loco.* Metaph. est sumta a legibus lusoriis, ubi sæpe peritus imperitiori unum, duo vel plura, in ludi computo puncta gratis concedit, antequam incipiat ludus, ut ejus imperitiæ velut supplementum sint et partes exinde æquentur. HEATH.

411. ὄχλῳ Ald. ὄχλων codices.

412—416. Describit Euripides, sub persona præconis Thebani, mores rhetorum et δημαγωγῶν sui temporis; quibus similia occurrunt in Aristoph. Equitibus, et alibi. Sæpe ita facit noster, et sensum suum sub larva effert. MARK.

413. ἄλλος] ἄλλοτ' Marklandus.

415. ἐσαῦθις] Scrib. εἰσαῦθις. Libri εἰσαῦτις.

417. Markl. fassus se διορθεύων λόγους non intelligere, suspi-

cari se dicit aliquid de διοπτεύων, ad quem locum Valcken. adscripsit in meo exemplo: "Hoc verum est; hinc Hesych. Δ. κατασκεψάμενος." Mihi lusus esse videtur in oppositis διορθεύων λόγους et ὀρθῶς εὐθύνειν πόλιν, et διορθεύων λόγους esse credo ὀρθῶς χρώμενος τοῖς λόγοις, *orationibus demagogorum, quibus rationes suas explicant.* MATTH.

420. γαπόνος Scaliger. γηπόνος codices. γᾷ πόνος Ald.

421. γένοιτο μὴ 'μαθὴς (scribe μάμαθὴς) Lobeckius in libello de apostropho p. 41. Legebatur πένοιτο κἀμαθής.

423. ἢ δὴ] ἤδη Stobæus 106, 4. ἢ δὴ νοσῶδες, ταὐτὸ τοῖς ἀμείνοσιν ὅταν— Marklandus. Quo non opus.

426. κήρυξ] Recte κῆρυξ Ald.

παρεργάτης λόγων est, qui de rebus disserere neque doctus, neque aptus natus, tamen id audet invita Minerva, &c. παρὰ in compositis *pravum* notat. REISK.

431. Æschyl. Prom. 194. οἶδ' ὅτι τραχὺς καὶ παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς. comparavit Porsonus.

432. οὐκέτ' ἔστ' ἴσον Marklandus. Libri οὐκέτ' ἐστί σοι.

433. Stobæus 44, 6. Εὐριπίδου Ἱκετίδων, Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ νόμοι πόλει Καλῶς τεθέντες· ὅ τε γὰρ ἀσθενέστερος Ὁ πλούσιός τε τὴν δίκην ἴσην ἔχει, Νικᾷ δ' ὁ μείων τὸν μέγαν δίκαι' ἔχων.

436. ταῦθ'] Libri ταῦθ'. Correxit Barnesius.

438. τίς θέλει—] Exprimit formulam præconum τίς ἀγορεύειν βούλεται; MUSG. Æschines c. Ctesiph. p. 157. σεσίγηται μὲν τὸ κάλλιστον καὶ σωφρονέστατον κήρυγμα τῶν ἐν τῇ πόλει "τίς ἀγορεύειν βούλεται; BOISS.

440. Huc respicit Aristoteles Polit. 5. 9. p. 151, 9. ed. Sylburg. Ἐλεύθερον δὲ καὶ ἴσον τὸ ὅ τι ἂν βούληταί τις ποιεῖν· ὥστε ζῇ ἐν ταῖς τοιαύταις δημοκρατίαις ἕκαστος ὡς βούλεται, καὶ εἰς ὃ χρῄζων, ὥς φησιν Εὐριπίδης. GAISFORD. Vid. Schneider. ad l. Aristotelis p. 333.

λαμπρός Canterus. λαμπρόν Flor. 1. 2. Ald.

441. ἔστ' Duportus. ἐστὶν libri.

442. αὐθέντης χθονός] Αὐθέντης pro δεσπότης Suidas ait esse ἀκυρολεξίαν. et Eustathius ad Iliad. Ω, citatus a Valesio ad Harpocrat. p. m. 27. dicit αὐθέντης non esse δεσπότης, prout refert Ælius Dionysius. Ipse Harpocration, ὁ αὐθέντης αὐτόχειρα δηλοῖ, *qui manu sua cædit.* et verbum αὐθεντεῖν improbat Thomas Magister, pro eo Atticis commendans αὐτοδικεῖν.

vide notas ibi. Semper alibi pro *interfectore* hac voce utitur Euripides, Androm. 172. Iph. Aul. 1190. et passim. Unde hic forte scribendum *εὐθυντὴς χθονὸς, rector terræ:* ut *εὐθύνων λαὸν, regens populum*, init. Hecubæ. *εὐθύνων πόλιν* Sophocl. Antig. 184. et noster supra ver. 418. *ἀπευθύνων πόλιν*, Œdip. Tyran. 104. unde *σκῆπτρον εὐθυντήριον* Æschyl. Pers. 766. *ναυκληρεῖν πόλιν*, idem Sept. Theb. 658. eodem sensu, et *ναυκλήρου χερὸς* de rectore *currus*, Hippol. 1239: eadem metaphora: ut et *κυβερνήτης* hac fab. ver. 880. Operæ pretium duxi exscribere ex Budæi Commentar. Ling. Græcæ p. 813. notam Theod. Gazæ, qui "in libro *περὶ μηνῶν* ait hoc vocabulum olim tantum significasse *τὸν αὐτόχειρα*: postea vero, et supra mille annos, *αὐθέντην* Græce hoc significare cœpisse quod apud Latinos *auctor* significat. Id quod ideo dicit factum, ut Græci unam dictionem haberent, quæ plane responderet dictioni Latinæ, hoc est, huic nomini, *auctor:* vel, ut apud eum legitur, *αὔτορ*. Inde *Αὐθεντία, auctoritas*. quod verbum in Pandectis sæpe legitur. etc." vide ibi cetera. MARK. Scribendum *εὐθυντὴς* cum Marklando. Sic *εὐθύνειν* v. 418.

449. *τόλμας*] Pro *τολμηρούς*. Abstractum, quod aiunt, pro concreto. MUSG.

451. *ὡς* Par. tres. *ὃς* Ald.

452. *καλῶς*] *Cum cura*, ut Iph. Aul. 738. Alcest. 323. Soph. Trachin. 588. *καλὰς*, Reiskius. MARK.

453. *ὅταν θέλῃ*] Scil. *ὁ τύραννος*, siquidem non certus aliquis tyrannus, sed quivis intelligitur. Vid. Heindorf. ad Plat. Gorg. p. 105. Protag. p. 499. MATTH.

454. *δάκρυα δ' ἑτοιμάζουσι;*] *ἑτοιμάζουσι*, scil. *ἡδονὰς*, *illis qui voluptates istas parent tyranno*, i. e. parentibus. idem ac si scripsisset *δάκρυα δὲ τοῖς γονεῦσι*, vel *τοῖς τεκοῦσι*. sic *ἑτοιμάζειν βουλὴν*, Heraclid. 473. *Ἡδονὰς* et *δάκρυα* opponuntur. MARK. *δάκρυα δ' ἑτοιμάζουσι* si scripsit Euripides, perinepta usus est verborum et obscuritate et ambiguitate. Quod Marklandus interpretandi caussa posuit *δάκρυα δὲ τοῖς γονεῦσι*, id ipsum ego scriptum a poeta esse arbitror. Eodem sensu Elmsleius *δάκρυα δὲ τοῖς διδοῦσι*. Librorum scripturam qui servare volent, aliquid ante hæc verba excidisse statuere debebunt, quod mihi minus probabile videtur.

455. *νυμφεύσεται* Hermannus. Legebatur *νυμφεύεται*.

456. *πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα*] Opinor, *πρὸς τὰ σ' ἐξηκόντισα*,

vel, τὰ σὰ ἐξηκόντισα, et eodem modo in similibus exemplis mox citatis. *Et hæc quidem ad tua* VERBA *respondeo.* Sic Troas. 911. τὰ σ' αἰτιάματα, i. e. τὰ σά. vide et Sophocl. Œd. Tyr. 413. Noster Cyclop. 229. ὅτι τάδ' οὐκ εἴων φέρειν· ubi Cod. Par. No. 2887. legit τα σ ουκ ειων—hoc est τὰ σά. et eodem dramate, v. 266. μὴ τάδ' ἐξοδᾷν ἐγὼ, idem codex, et item alter No. 2817. exhibent τα σ εξοδαν, i. e. τὰ σὰ, *tuas res.* MARK. Scribendum τὰ σ' cum Marklando.

458. γ' Lentingius. Libri δ'.

460. πάλιν Marklandus. Legebatur πόλει.

464. καλῶς Ald. et Stobæus 106, 6. κακῶς codices.

466. τἀντία Porsonus. τἀναντία libri. ἀντίαν γνώμην supra v. 198.

469. γῇ Marklandus. Libri τῇ.

470. μυστήρια] Erat cum hæc dictio mihi esset obscura. Deinde didici eam significare *venerabilia et non violanda supplicationum sacramenta.* Quia supplicantes corollas in signum suæ obtestationis protendebant, hinc dicti sunt στέφανοι pro ἱκετίαις, signum rei pro re significata. Μυστήριον autem est omne venerabile, sacrum, non violandum. Sic appellat Herodianus 8. 7. Romanorum σεμνὸν μυστήριον *venerabile sacramentum* τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον *militare sacramentum.* REISK.

474. πολὺς κλύδων—ἔσται, δορός] Heraclid. 160. in argumento simili, εἰς πάλην καθίσταται δορὸς τὸ πρᾶγμα. MARK.

477. ὡς δὴ πόλιν ἐλευθέραν ἔχων] Irrisorie alludit ad istud Thesei, v. 405. ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις. patet hoc ex particula δὴ, *scilicet.* MARK.

478. βραχιόνων] βραχίονες Græcis, ut *brachia* et *lacerti* Latinis, *robur* et *vires* denotat: *Fidens juventus horrida brachiis,* Horat. 3, 4, 50. et νέῳ βραχίονι, noster Hecub. 15. Hac fab. 748. νέοι βραχίοσιν. MARK.

479. βροτοῖς Stobæus 110, 13. Legebatur γάρ ἐστι.

480. ἢ πολλὰς πόλεις συνῆψε] Absolute συνῆψε, ut Herodot. 4. 80. μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, &c. scil. μάχην. Hic intelligitur πολέμῳ vel μάχῃ. Sic Phœniss. v. 1403. Latinis *committere.* MONK.

481. πόλεως] λεώ Stobæus 55, 6. ubi cod. B. δορός.

484. Hoc est illud, quod Thucydides dicit 1, 140. καίπερ εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους τε πολεμεῖν

καὶ ἐν τῷ ἔργῳ πράσσοντας, πρὸς δὲ τὰς ξυμφορὰς καὶ τὰς γνώμας τρεπομένους. MATTH.

485. δορiμανὴς] δορυμανὴς Par. A. et Stobæus.

ἀπώλλυτο codices et Stobæus. ἀπώλετο Ald.

486. καίτοι Stobæus. Legebatur καὶ τοῖν.

δυοῖν] δυεῖν (οι) Par. B. δυεῖν Flor. 1. 2.

γε] γὰρ Stobæus.

λόγοιν] λόγων (οι) Par. B.C. Flor. 1. λόγων Flor. 2.

490. γόοισι Stobæus. Legebatur ποιναῖσι, quod ex πόνοισι corruptum videbatur Bothio.

γόοισι] Conf. Med. 195. στυγίους δὲ βροτῶν οὐδεὶς λύπας | ηὕρετο μούσῃ καὶ πολυχόρδοις ᾠδαῖς παύειν. Conf. etiam Alc. 350—354. ELM.

494. καὶ] Recte a Marklando corrigi videtur θεοῖς.

495. ὕβρεις ἀπώλεσαν Marklandus. Libri ὕβρις ἀπώλεσεν. Plurali ὕβρεις utitur Bacch. 247.

496. οὔ τἄρ' ἔτ'] οὔτ' ἂν ἔτ' Par. A. οὔτ' ἂν γ' Ald. Recepi emendationem Marklandi.

498. πύλαισιν] πύλῃσιν (αι) Par. C. πύλῃσιν Flor. 2.

499. Æschyl. Sept. ad Th. 433. θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν καὶ μὴ θέλοντός φησιν. MARK.

500. οἰωνοσκόπον] Amphiaraum.

505. δικαίως] δικαίου Marklandus dubitanter. Ipse citat v. 345. Conf. v. 471. ubi ἐξελαύνειν non ad ἀπαυδῶ, sed ad appositum κελεύω refertur, ut apud Herod. 7. 104. ὁ νόμος ἀνώγει τὠυτὸ ἀεὶ, οὐκ ἐῶν φεύγειν οὐδὲν πλῆθος ἀνθρώπων ἐκ μάχης, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξι ἐπικρατέειν, ἢ ἀπόλλυσθαι. Et sic jam Il. ε', 819 sqq. Cf. Soph. El. 71 sq. Elmslei. ad Heracl. 131. MATTH.

509. Interpunctionem post ναύτης addidit Marklandus.

510. τοι Hermannus. Legebatur μοι.

511. 12. præconi continuat Ald. et Adrasti personam verbis ὦ παγκάκιστε v. 513. demum apponit. Adrasto v. 511 sq. tribuit Paris. C. ut jam conjecerant Tyrwhitt. et Heath. Sed verum vidisse videtur Elmslei. qui v. 511. 12. Choro tribuit, monens, Adrasti orationem commodius interrumpi post duo verba, quam post duos versus et dimidium. Absonum etiam Adrastum ab initio oratione satis leni uti, et tertio demum

versu subito exardescere. Etiam post longiorem orationem semper chori ῥῆσις interponitur v. 192. 249. 330. 463. 564. 733. MATTH.

511. ὁ] σφε Matthiæ. Non opus.

512. τοιάνδ'] τοιαύτην Par. A. Flor. 1.

514. 'πίπροσθε] 'πίπροσθεν Flor. 1. 2.

520. ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι] Respicit ad proverbium ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαὶ, de quo vid. ad Med. 410.

521. εἰ 'πιταξόμεσθα] εἰ 'πιτευξόμεσθα Par. A. Flor. 1.

526. θάψαι codices. θάψας Ald.

528. πεπόνθατ' Ald. πέπονθε γ' codices, nisi quod Flor. 1. πέπονθεν γ'.

530. δ' Marklandus. τ' libri.

Verba χὴ δίκη διοίχεται significant, *et vindicta finita est*. Sic in Soph. Œd. Col. 574. χὼ λόγος διοίχεται, *nihil, quod dicam, reliquum est*. HERM.

533. ἀπῆλθε] ἀπελθεῖν Stobæus 123, 3. Quasi vero dici possit ἐάσατε ἀπελθεῖν, de re quæ facta esset, etiamsi non permisissent, quum impedire non possent, quominus anima in aerem abiret, corpus autem in terrena elementa solveretur. Sententia est generalis, qua demonstrare vult Euripides, humanda esse cadavera, et ipsum verbum servasse videtur, quo usus erat Epicharmus ap. Plutarch. Consol. ad Apoll. p. 110 A. συνεκρίθη καὶ διεκρίθη κἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, πάλιν, Γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω· τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν, ut versus distinxit Elmsleius in Edinburg. Rev. n. 37. p. 76. MATTH.

539. νοσφίσας Marklandus. νοσφίσεις libri.

χρῆν codices. δεῖ Ald.

542. ἀπειλήσων codices. ἀπειλήσας Ald.

545. ἐν μυχῷ χθονός] Lego, μυχοῖς. Dicuntur esse ἐν μυχοῖς χθονὸς vel qui vivi *sub terra* sunt, ut Hercules (quando inferos adiit); vel qui mortui et *humati*. sic v. 936. ἀναρπάσαντες εἰς ΜΥΧΟΥΣ ΧΘΟΝΟΣ. Troad. 945. θανὼν ΓΗΣ ἦλθ' Ἀλέξανδρος ΜΥΧΟΥΣ. vide Herc. Fur. 37. et Sophocl. Ajac. 575. Nisi addatur adjectivum vel substantivum locale, ut Cyclop. 290. γῆς ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς· et 296. tunc enim significat *recessus Græciæ*. Aliud est ἐν μυχῷ χθονὸς, nempe, *in angulo* aliquo *terræ*: non *sub terris*, quod est ἐν μυχοῖς χθονὸς, ut et *in terris*, Propertio, id est, *apud inferos*, quibus opponuntur *superi*, seu *viventes*, et in terra adhuc versantes, apud (Virgilium et)

eundem. τὸ *tellure repostos* Virgilii est τοὺς ἐν μυχοῖς χθονὸς, ut et Homeri ὑπὸ κεύθεσι γαίης, Odyss. Ω. 203. Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν ΜΥΧΟΙΣ δείκνυσι ΓΗΣ. ita legitur ap. Suidam V. Φήμη. *etiam post mortem.* Idem vult ᾅδου μυχοὶ, Heraclid. 219. et γῆς σκότῳ κρύπτεσθαι. Helen. 61. Ion. 1239. (ἐς γαίας μυχοὺς κρύψον hac fab. 1216. *sub terra abde*, ubi ἐν μυχῷ mentem loquentis non, opinor, expressisset.) MARK. Recte Marklandus μυχοῖς corrigit.

550. παλαίσμαθ' Reiskius. πάλαισμά θ' libri.

551. Τάχα et ἐσαῦθις utrumque ad futurum tempus spectant, sed τάχα tempus a præsente proximum, ἐσαῦθις remotius significare videtur. Cf. Erfurdt. ap. Soph. Antig. 607. ed. min. MATTH.

553. ὡς εὐτυχήσῃ Par. A.B. Flor. 1. 2. ὡς εὐτυχήσει Par. C. ὃς εὐτυχήσει Ald. ὡς εὐτυχὴς ᾖ Musgravius.

554. ὅ τ' Marklandus. ὁ δ' libri.

559. εὐσεβεῖν Marklandus. εἰσιδεῖν libri.

573. χἀτέρους ἄλλους] De adjectivis ἕτερος et ἄλλος conjunctis diximus ad Orest. 345.

578. λόγχη Brodæus. λόγχῃ Ald.

σπαρτὸς] Σπαρτοὶ erant posteri eorum quinque qui *sati* ex dentibus serpentis, a Cadmo occisi, supererant; quorum historiam habes init. lib. 3. Metam. Ovidii. Noster de iis, λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος, infra v. 713. MARK.

579. τίς codices. τί Ald.

580. πάσχων] παθὼν Par. A.

δ' ἔτ' Reiskius. δέ τ' Ald.

581. θυμῶσαι] Notandus activæ formæ usus. Musgravio θυμοῦσθαι scribendum videbatur. Potuisset facilius ὡς τεθυμῶσθαι, si quid mutandum esset.

589. 90. Vulgo: αὐτός γε κῆρυξ· σοὶ δὲ προστάσσω μένειν, Αὐτὸς σίδηρον ὀξὺν ἐν χεροῖν ἔχων. Verum ordinem restituit Markl. in secunda edit. et αὐτός τε κήρ. legit, ut habent Par. A.B.C. Flor. 1. MATTH.

591. μὴ 'ναμίγνυσθαι] Scribendum μἀναμίγνυσθαι.

593. κλεινὸς—κλεινῷ] καινὸς—καινῷ supra scriptum in Par. tribus et Flor. 2.

596. ἀρετὴ] ἡ 'ρετὴ libri.

φέρει] λέγει Par. A.B. Flor. 2., sed adscripto γρ. φέρει. λέγει etiam Flor. 1.

597. ἦν—ἔχῃ Flor. 2. ἦν — ἔχει Flor. 1. Vulgo εἰ — ἔχει.

χρῄζοντ'] *Idem volentem.* MATTH.

598. 99. 601. 3. 4. 5. 8. 611. 613—617. 620. 622—5. in libris præfixum habent αἰ. i. e. Αἴθρα. Quod fieri non posse, quoniam Æthra jamdudum abiisset, quum intellexisset Tyrwhittus, nomen Adrasti substituendum monuit. Contra quod recte Hermann. Præf. p. XIX. sq. monuit, nec, si quid Adrasto hic tribueretur, æqualitatem quamdam, quam hac quoque in re diligenter servasse tragici viderentur, effici posse, neque omnino quidquam inveniri, quod Adrasto potius, quam choro, conveniret. Addo, quæ ita Adrasto tribuantur, personam viri, ejusdemque belli ducis, minus decere, mulieribus, a bello abhorrentibus, optime ea convenire. Itaque recte Hermann. totum carmen mulieribus chori assignandum putavit. Sed quum manifesta insint in carmine colloquii vestigia, non ab una omnia chori persona vel a toto choro cani potuerunt. Itaque Boeckh. de Æschylo, Soph. et Eurip. p. 77. suspicabatur, breviora septem chori dicta a singulis personis proferri singula, ita ut primæ sit v. 600. alterius v. 602. et sic deinceps ad septimam usque, quæ v. 621. pronuntiet, quod autem supersit carmen vss. 627—35. uno tenore decurrens, ab universo sive matronarum hemichoro, sive mulierum choro cantari. Hermannus autem, quum chori quatuordecim vel quindecim personæ fuerint, a singulis etiam singulos versus vel ῥήσεις pronunciatas censens, versus 598—607. inter primam et secundam personam chori ita divisit, ut illius essent vss. 598. 99. 601. 603—607. reliqui hujus, tum similiter vss. 608. 9. 611. 613—617. tertiæ, vss. 610. 612. quartæ tribuit; tandem sequitur Χοροῦ ἡ ε'. v. 618. Χορ. ἡ ς'. v. 619. Χορ. ἡ ζ'. 620. 21. Χορ. ἡ η'. v. 622. 23. Χορ. ἡ θ'. v. 624. 25. 26. Χορ. ἡ ι'. v. 627. Χορ. ἡ ια'. v. 628. Χορ. ἡ ιβ'. v. 629. 30. Χορ. ἡ ιγ'. v. 631. 32. Χορ. ἡ ιδ'. v. 633. sqq. Quæ descriptio quum suspicione tantum aliqua et conjectura nitatur, ne ulla e quatuordecim chori personis sermonis expers esset, neque quidquam sit neque in hoc chori cantico, neque in aliis, quod nos personas ita distribuere *cogat*, (accedit quod tota res a tragœdiæ gravitate nimis abhorrere videtur,) non longius progredi licere editori existimavi, quam quantum vel librorum auctoritas sineret, vel ipsa rei natura postularet admittere: hoc unum vero

postulat hoc loco, ut ad diverbiorum legem ista constituantur. Itaque quæ Æthræ vel Adrasti erant in edd. alteri Hemichorio tribui; quo facto, summa hac quoque in re æqualitas efficitur. MATTH.

598. 599. Uterque versus dactylicus trimeter catalecticus in syllabam est, prior adjecto ithyphallico, alter cum usitata clausula choriambica ⏑́ ⏑⏑ – ⏑ ⏑́ –.

599. δεῖμα χλοερὸν Ald. χλοερὸν δεῖμα Flor. 2. χλωρὸν δεῖμα codices reliqui. Post ταράσσει comma, post κριθήσεται v. 600. punctum recte posuit Hermannus. Nam cohærent δεῖμα—πᾶ κριθήσεται.

600. προσφέρεις Par. C. Flor. 1. 2. Vulgo προφέρεις.

601. πᾶ] πᾶ τῆς Par. A.B. πᾶ τὴν Flor. 1. 2. μὲν Ald.

603. εἰ Par. B. Flor. 1. 2. Vulgo οἱ.

604. Interpolata sunt verba στερνοτυπεῖς τ' ἀνὰ τόπον. στερνοτυπὴς ex epigrammate Antipatri, στερνοτυπεῖσθαι ex Plutarcho aliisque indicat Musgravius. Metrum hujus versus fuit

⏑ ⏑́ ⏑ – – | ⏑ ⏑⏑́ ⏑ – ⏑ –

τ' Marklandus. γ' libri.

ἀνὰ τόπον] ἀνὰ πτόλιν Marklandus.

605. φανήσονται κτύποι Brunckius ad Hecub. 280. Libri κτύποι φανήσονται. Elmsleio scribendum videbatur στερνοτυπὴς τ' ἀνὰ τόπον πάλιν φανήσεται κτύπος.

607. αἰτία Hermannus. Legebatur αἰτίαν.

608. εὐτυχίᾳ Marklandus. Libri εὐτυχῇ.

αἱροῖ] Legebatur αἱρῇ. Optativum requiri Markland. vidit; sed quod αἵροι scribit, hoc propter sequens πάλιν ferri non posse videtur. Animum mulieribus confirmare studet hemichorium ex eo, quod qui fortuna secunda usus sit, ut nunc Thebani, fieri et possit et soleat, ut de statu rursus dejiciatur, quæ sententia decantatissima est in tragicis. Hoc est αἱρεῖν vel καθαιρεῖν. Heracl. 636. εἷλέ σ' ἡ Δίκη χρόνῳ. Orest. 962. φθόνος νιν εἷλε θεόθεν. MATTH.

611. Flor. 1. τίνας γὰρ ἄλλοις. Par. A. Flor. 2. τίνες γὰρ ἄλλοισιν ν. Par. B. τίνες γὰρ ἄλλοι σοι ν.

612. Sensum esse puto, εἰσορῶ θεοὺς πολλὰ διαφέροντας βροτοῖς, *video deos multis in rebus, sæpe, ab hominibus discrepare*, aliter res administrare et constituere, quam homines constituendas arbitrantur. MATTH.

614. ἐξεκάλεσε] δ' ἐκάλεσε Par. C. Flor. 1. 2.

617. βροτοῖς] Par. A.B. Flor. 2. βροτοὶ Flor. 1. Vulgo βροτοῖσι.

νέμουσ'] Scribebatur νέμουσιν.

618. ἁπάντων τέρμ'] πάντων τέρματ' Par. A.B.C. πάντα (των) τέρματ' Flor. 2. πάντα τέρματ' Flor. 1.

620. Καλλίχορον θεᾶς ὕδωρ] Respicit ad puteum *Cereri sacrum*, Callichorum: de quo nos supra ad v. 392. BARN.

621. με Hermannus. Vulgo σε.

623. τύχας Heathius. ψυχὰς libri.

624. τίς ποτ' Reiskius. ἔτι ποτ' libri.

625. τᾶσδε γᾶς Par. C. Flor. 1. Vulgo τῆσδε γῆς.

627. Sensus est, *hoc*, τὸ ἀνακαλεῖσθαι θεοὺς, *primum est quod in timore fiduciam addat*. MATTH.

628. πόριος] πόριος (τι) Par A.B.

631. Per τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα πόλεως metaphorice designat chorus duces hos ipsos, quorum corpora a Thebanis sepultura privata erant. Hi, ex consuetudine poetarum, ἄγαλμα πόλεως poterant dici; hic, paullo audaciori figura, ἀγάλματα vocantur ejus dei, qui generis Argivi auctor erat. ἵδρυμα πόλεως est urbis firmamentum sive fundamentum. Sed neque hoc novum est, de ducibus vel principibus per translationem dici. Sic Lycophron Hectorem ἔρεισμα πάτρας vocat v. 281. Theronem Pindarus ἔρεισμ' Ἀκράγαντος Olymp. 2. 12. vide et Olymp. 2. Str. 5. Jam ἐκκομίζομαι πρὸς πυρὰν explicari potest; *studeo ad rogum* i. e. ad comburendum, *recuperare*, ut sit σχῆμα effectus pro conatu, de quo Valckenærius ad Phœn. 1407. Malim tamen, cum præcedentia formam supplicandi habeant, ἐκκόμιζέ μοι πρὸς πυρὰν, *recupera mihi ad rogum*. Restat vox ὑβρισθὲν, quæ simplicissimam interpretationem habet, *contumeliose habitum*, sc. a Thebanis, qui jura sepulturæ iis denegaverant. MUSG.

632. ἐκκομίζομαι] Scribendum ἐκκόμιζέ μοι cum Musgravio.

634. Muretus (Var. Lect. 14, 16.) miratur, "tam cito redeuntem Thebis Athenas (Eleusina dixisse debuit) Nuncium, ut volasse, et ea quæ interea facta refert, vix tantulo temporis spatio somniare potuisse videatur." Sed Mureti errori bene respondet Barnesius, hunc nuncium captum fuisse a Thebanis in bello priore, et inde nunc aufugisse, libertatem præsenti victoria Thesei consecutum. MARK.

636. *θανόντων* Heathius. *θανόντες* libri.

639. *λόγου δέ σε μακροῦ 'ποπαύσω*] id est, liberabo vos a molestia quærendi, *Quis es tu?* dicendo vobis, me fuisse servum Capanei, priore bello captum. MARK.

642. *βάξιν* Reiskius. *τάξιν* libri.

644. *πεπραγμένʼ*] *πέπραγεν* Piersonus. Frustra.

645. *οὗς* Reiskius. Libri *ὡς*.

ἀπ' Canterus. Libri *ἐπ'*.

649. *ἀπόντας* Ald. *παρόντας* codices. Participium *ἀπόντας* præteriti significationem habet *qui non interfuerunt*.

650. Scriptorum alii per legatos repetita a Theseo Argivorum corpora tradunt, alii bello: de quo dissensu plura, quam Marklandus attulit, jam Meursius congesserat in Theseo cap. 24. neglecto tamen Herodoti loco 9, 27. HERM.

ἀκτὶς ἡλίου, κανὼν σαφής] Interpunctionem Aldinam *ἀκτὶς, ἡλίου κανὼν σαφὴς* emendavit Musgravius. *Radius solis* vocatur *certa* rerum *norma*, quatenus facit ut res recte dignoscamus, et hoc addit ad fidem narrationi conciliandam. MATTH.

652. *ἔστην* codices. *ἔστη* Ald.

εὐαγῆ] *εὐαυγῆ* scribendum videbatur Hemsterhusio, contra quem vide quæ disputavit Elmsleius ad Bacch. 660.

653. *στρατευμάτων*] *συστρατευμάτων* Flor. 1. 2.

ὁρῶ δὲ φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων] Operæ pretium fuerit, ob ea quæ sequuntur, distincte intelligere quænam sint hæc *τρία φῦλα*: nempe, *Pedites*, *Equites*, et Παραβάται vel Παραιβάται, *ii qui ex curribus pugnabant*.

(1.) *Pedites* seu *milites*: qui erant duorum generum. Primum *Cecropiæ veteres incolæ*, seu Αὐτόχθονες, ut opinor, *χθονὸς εὐγενεῖς* (vel *ἐγγενεῖς*) *οἰκήτορες*, Soph. Œd. Col. 760. Hi erant *ὁπλῖται* et *τευχεσφόροι*, *gravis armaturæ milites*. constituebant dextrum cornu: et his præerat ipse Theseus. tendebant ad ripam Ismeni fluvii. Secundum genus peditum seu militum erant *Parali* seu Paralii, populus Atticæ litoralis, ex antiqua Pandionis divisione. hi *leviter* armati erant *hastis*. constituebant lævum cornu. tendebant juxta fontem Martis seu Dircen. Quis huic cornu præficeretur, non dicitur, quia pulsum erat, ver. 704.

(2.) *Equites*. Hi ex utroque cornu, æquali numero, collocabantur. Phorbas Equitum Dux nominatur (ver. 680.) quia vincebat, ver. 694.

(3.) Παραιβάται, seu Παραβάται, (ἐπεμβάται ver. 585. 685.) *pugnatores ex curribus.* Hi constituebantur ad sepulcrum Amphionis. De eorum Duce siletur, quia nihil præclarum, et quod ad victoriam eximie conferret, ab his gestum memoratur. De his vide Oudendorpium ad Thom. Magistrum, V. Ἐπίκωποι, p. 348.

Hæ tres partes exercitus Thesei recensentur supra in duobus iambis, v. 595.

πάντ' ἄνδρ' ὁπλίτην, ἁρμάτων τ' ἐπεμβάτην,
μοναμπύκων τε φάλαρα, etc.

Locutiones aliquot jam explicandæ. Στρατευμάτων hic forte significare potest *cœtuum*, ut supra monui ad v. 611. non enim erant tres exercitus, sed unus tantum, ex diversis στρατεύμασι, seu hominum cœtibus et collectionibus. sic στρατὸς apud Sophocl. Trachin. 808. et Electr. 751. Pindar. Pyth. 10. Æschyl. in Eumen. 569. 572. Vide Ammonium V. Στρατός.

Τεταγμένους δεξιὸν κέρας (v. 667.) potest esse, vel, κατὰ δεξιὸν κέρας: vel δεξιὸν κέρας potest esse appositivum ad οἰκήτορας.

Creontis vero, seu Thebanorum exercitus, eodem plane modo quo Thesei, erat instructus, cum duobus cornibus, et equitibus, et curribus oppositis invicem τοῖς Thesei. MARK. Mihi a viro doctissimo necessario et hic dissentiendum est. Primo, παραιβάται, pauci admodum numero, στρατεύματος nomine designari vix poterant. Deinde etiam equitatus, duo exercitus latera muniens, duo agmina, non unum constituebat. Quænam igitur tria sunt agmina hic a Nuncio memorata? Nempe tres peditum cohortes, quorum una versus collem Ismenium tendebat, alia, Theseo duce, dextrum cornu obtinebat, tertia ex Paralis constans, ad Fontem Martis constituta erat. Situs locorum, ut a Pausania traditur, ita se habet:



Hinc sequitur, nisi Euripides præ negligentia topographiam confudit, dextrum cornu, cui præerat Theseus, diversum fuisse ab eo, quod collem Ismenium occupatum ibat: Paralos vero non in lævo cornu, quod putabat Marklandus, sed in media acie collocatos fuisse. His positis, pro φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων legendum arbitror, φύλων τρία τριῶν στρατεύματα. *tres legiones* (vel *cohortes*) *ex tribus gentibus* (φύλοις) *conscriptas:* dextrum cornu sc. ex Cecropiæ incolis, mediam aciem ex Paralis, sinistrum cornu ex alio quodam populo, cujus nomen, temporum, ni fallor, injuria delevit. Ad eum quippe pertinere videtur clausula, ὡς μὲν ἦν λόγος, nondum satis ab interpretibus declarata, clara admodum futura, si versus, Διακρίων nomen continens, sequeretur. Talem certe intercidisse suspicor. De divisione Atticorum in Παράλους, Πεδιέας, Διακρίους vide Herodotum I. 59. Plutarchum in Solone. Eundem Op. Mor. p. 1359. et 1441. ed. H. Steph. Aristoph. Vesp. 1218. MUSG.

Hæc τρία στρατεύματα Markl. intelligebat pedites, equites et παραιβάτας, s. *eos, qui e curribus pugnabant.* At equitatus agmen per se constituere non potest, quippe πρὸς κρασπέδοις στρατοπέδου constitutus v. 663. Musgravius, quem sequitur Hermann., de Diacriis, Pediæis et Paralis interpretatur; quæ interpretatio sola mentione τῶν Παράλων v. 661. nititur, et hoc incommodi habet, quod ita intercidisse versus aliquot, Διακρίων nomen continentes, necesse est. Quæ tria agmina intellexerit, ipse poeta locis iis commemorandis, ubi quodque constitutum erat, satis plane indicare videtur. Sunt *primum* οἱ ὁπλῖται v. 656. ad collem Ismenium, qui ab Electris portis prospicienti a dextra erat. vid. Paus. 9. c. 10, 2. ἔστι δὲ λόφος ἐν δεξιᾷ τῶν πυλῶν ἱερὸς Ἀπόλλωνος· καλεῖται δὲ ὅ τε λόφος καὶ ὁ θεὸς Ἰσμήνιος, παραρρέοντος τοῦ ποταμοῦ ταύτῃ τοῦ Ἰσμηνοῦ. Pausaniam vero situm locorum ita describere, ut a porta Electra prospicienti sese offerebat, bene ostendit Hermann. eodemque modo nuntius ea describit. *Alter* locus, qui commemoratur, est κρήνη Ἄρεως v. 662, ideoque alterum στράτευμα conficiunt οἱ Πάραλοι, levis armaturæ milites. De eo fonte Pausan. 9, 10, 5. ἀνωτέρω δὲ τοῦ Ἰσμηνοῦ τὴν κρήνην ἴδοις ἄν, ἥντινα Ἄρεως φασὶν ἱερὰν εἶναι. ἀνωτέρω Pausanias ea dicere videtur, quæ ad dextram sunt. Tertium agmen erat τῶν παραιβατῶν s. τῶν ἁρμάτων v. 664. ad monumentum Amphionis. Quod vero Musgravius

παραιβάτας, paucos admodum numero, στρατεύματος nomine designari vix potuisse dicit, id nullam vim habebit apud eos, qui ex Homero meminerint, robur totius exercitus fuisse eos, qui e curribus pugnabant, et hoc loco præcipuæ eorum partes sunt v. 676—695. Hoc unum difficultatem facere potest, quod μνῆμα 'Αμφίονος est ad Prœtidas portas Paus. 9, 17, 3. hæ vero, quum non solum Chalcidem ducant ib. c. 18, 1. sed etiam in montem Ptoum et ad Acræphnium et Larymnam urbes, ib. c. 23. nimis septentrionem versus remotæ videntur; nisi dicas, portas illas ad orientem spectasse, sed quum ad illas urbes et ad Ptoum montem non nisi per ambages quasdam circa lacus, ut Hylicen, Copaidem, circumductas perveniri posset, iter in septentrionalia illa loca fieri non potuisse nisi porta orientem versus patente egressis. MATTH.

654. ἐκτείνοντ'] Scil. ἑαυτόν. *Ad collem Ismenium ordines explicantem*. MATTH.

655. Verba ὡς μὲν ἦν λόγος ad αὐτόν τ' ἄνακτα spectant: milites gravis armaturæ ad collem Ismenium consistentes ipse viderat nuntius, sed Theseum iis præesse fando tantum audiverat, non ipse videre poterat. MATTH.

657. σὺν (ἐν) Par. A.

659. λαιὸν Marklandus. Legebatur αὐτόν.

Πάραλον pro Παράλους vel Παραλίους, singularis pro plurali, ut observat Cicero De Orator. 3. 42. et Quinctilianus 9. 3. ad istud Virgilii Georg. 3. 346. *Haud secus ac patriis acer* Romanus *in armis*: pro *Romani*. ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ, pro τοῖς Τυρίοις, Herodot. 2. 161. Apud omnes exempla inveniuntur. De Πάραλοι vel Παράλιοι vide Steph. Byzant. in voce, et in 'Ακτή. infra habebimus Παραλίων. MARK.

660. τ' addidit Musgravius. Minus bene Scaliger δ'.

ὄχλον Scaliger. Libri ὄχον.

663. Male Musgravius intelligit sepulcrum liberorum Amphionis, quod erat ad portas Prœtidas: v. Pausan. 9. 16. extr. Fortasse non longe aberat, qui hic memoratur, Amphionis tumulus: certe paullo post, 17, 3. ejus mentionem facit Pausanias: Ζήθῳ δὲ μνῆμα καὶ 'Αμφίονι ἐν κοινῷ γῆς χώματι οὐ μέγα. Et 5. τοὺς δὲ παρὰ 'Αμφίονος μνῆμα λίθους, οἳ κάτωθεν ὑποβέβληνται, μήτε ἄλλως εἰργασμένοι πρὸς τὸ ἀκριβέστατον, ἐκείνας εἶναί φασι τὰς πέτρας, αἳ τῇ ᾠδῇ τοῦ 'Αμφίονος ἠκολούθησαν.

Difficultatem objicit Æschylus Sept. ad Th. 532. τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω πέμπταισι προσταχθέντα Βορρείαις πύλαις, τύμβον κατ' αὐτὸν διογενοῦς 'Αμφίονος. Potuit tamen e regione situm dici, quod a latere e regione esset. Quod si Pausanias 9. 8, 3. portas Thebarum ordine, ut videtur, ab Electris ad Prœtidas et deinceps enumeravit, facilius, quas Æschylus Boreales vocat Crenææ erunt, quæ Valckenarii sententia est ad Phœn. 1130. et in dissertatione de Aristobulo, p. 120. quam Hypsistæ, ut visum est Porsono ad Phœn. 1150. HERM.

664. πρόσθε Barnesius. Libri πρόσθεν.

665. ὄπισθε Par. A. Vulgo ὄπισθεν, quod revocandum.

666. δ' Hermannus. Libri θ'.

668. κήρυξ] Revocandum κῆρυξ ex Ald.

676. Genus hoc certaminis crebris incursationibus fiebat, παραβάταις se petentibus, dum currus prætervehebantur. Inde πέραν ἀλλήλων διελάσαι dicuntur aurigæ, quod alii alios prætervehebantur, et ita παραβάταις copiam pugnandi faciebant. HERM.

679. Prætervecti aurigæ equos retro flectebant, ἐς ἀλκήν, ad pugnam, ut Phœn. 432. στρωμνῆς ἐς ἀλκὴν οὕνεκ' ἤλθομεν πέρι, et ἐς παραιβάτας, non quasi hi non in curribus stetissent, sed versus eos, i. e. ut dextræ curruum partes, in quibus παραβάται stabant, dextris hostilium curruum partibus obverterentur. HERM.

681. ὄχλον Marklandus. Libri alii ὄχον alii ὄχων.

683. κἀκράτουν] καὶ 'κράτουν libri.

685. ἐπεμβάται] ἐπιβάται Par. A.

687. ἐς Flor. 1. 2. Vulgo εἰς, quod revocandum.

689—692. Comparandus loculus similis Phœniss. 1149—1152.

689. τοὺς—φορουμένους Heathius. τὰς—φορουμένας libri.

690. ῥοὰς Ald. ῥοαῖς codices.

696. τον ἐνθένδ' Hermannus. τὸ ἐνθένδ' codices: unde interpolatum in Ald. γε τοὐνθένδ'. "στρατὸν τὸν ἐνθένδ', *exercitum, qui hinc*, Athenis, *profectus est*. ἐνθένδε eodem modo dictum est Heracl. 285." MATTH.

697. καὶ μὴν τὰ Θησέως γ' οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη, ἀλλ' ἵετ' εὐθὺς λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα.] Perinepte hi versus narrationis ordinem interrumpunt, ne quid de dictione dicam, quæ grammatico aliquo dignior est quam Euripide. Itaque deleantur.

702. θεῖν', ἀντέρειδε] θεῖν. κἀντέρειδε Ald. Correctum a Marklando ex codicibus, qui θεῖν ἀντέρειδε.

705. δεξιοῦ Marklandus. Libri δεξιόν.

708. ἐκέρδαινεν] Non apparet quomodo hoc in laudem verti possit duci. Musgravio ἐκήδαινεν corrigendum videbatur, recte, nisi quod usitatam Euripidi formam ἐκήδευεν ponere debebat.

713. Absurde legitur Δαναϊδῶν. Scribendum Κεκροπιδῶν cum Elmsleio, qui recte monet non propter literarum similitudinem hæc esse confusa, sed fortuito librarii alicujus errore, cui fortasse Δαναϊδῶν στρατός et Δαναϊδῶν στράτευμα ex aliis poetæ locis obversaretur.

714. ὅπλισμα τοὐπιδαύρειον λαβὼν Δεινῆς κορύνης] Thesei clavam vocat Epidauricam, quia Periphetem, Κορυνήτην dictum, in Epidauro occisum, ea spoliavit. De qua re hæc Plutarch. in Theseo—Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ, Περιφήτην, ὅπλῳ χρώμενον κορύνῃ, καὶ διὰ τοῦτο Κορυνήτην ἐπικαλούμενον, ἀπτόμενον αὐτοῦ καὶ κωλύοντα προάγειν, συμβαλὼν ἀπέκτεινεν. Ἡσθεὶς δὲ τῇ κορύνῃ, λαβὼν ὅπλον ἐποιήσατο, καὶ διετέλει χρώμενος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς τῷ δέρματι τοῦ Λέοντος. Hæc observavit Jo. Brodæus. BARN.

717. κυνέας est accusativus pluralis a recto κυνέη, et κάρα ἐπικείμενον (singularis pro plurali) κυνέας est, *capita, quæ galeas impositas habent.* Sic τραγῳδοὶ ἐπικείμενοι κράνη, *Tragœdi, qui impositas habent* (gestant) *larvas,* apud Lucian. de Gymnas. p. 285. Idem Navig. p. 493. ἡ πρύμνα χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, *puppis, quæ anserculum aureum impositum habebat.* et ita adv. Indoct. p. 384. MARK.

κἀποκαυλίζων Canterus. Libri κἀποδαυλίζων.

718. ἔτρεψαν] Vulgo ἔτρεψεν. Sed τρέψαι εἰς φυγὴν est *fugere*; *in fugam conjicere* est τρέψασθαι. Itaque recte Hermann. ἔτρεψαν. MATTH.

722. ἱρά] Scribebatur ἱερά.

723. παρὸν codices: παρὼν Ald.

726. τὸν] Scribendum τοι cum Elmsleio.

728. θ'] δ' Par. A.

729. ἐς] Recte εἰς Ald.

732. τῆς συμφορᾶς Reiskius. Libri τὰς συμφοράς.

734—736. Hoc loco utuntur Diog. L. 9, 71. Plut. Mor. p. 1056 B. Suidas s. Πυρρώνειοι.

735. λέγουσι] λέγοιμ' ἂν Plutarchus.

736. θέλων] φρονῶν Plutarchus.

737. τό τ' Heathius. τότ' libri.

738. Opponuntur τό τε Ἄργος et αὐτοί τε. Itaque αὐτοὶ sunt ii qui expeditionis auctores erant. MATTH.

739. τε] Scribendum γε cum Lentingio.

745. ἐντείνοντες codices. ἐκτείνοντες Ald.

ὡς Ald. τοῦ codices.

747. τοῖς δὲ πράγμασιν] Idem est, quod aliis verbis Hesiodus dixit, παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. Op. et D. v. 218. MUSG.

749. καθαιρεῖσθ'] καθαιρεῖτ' Marklandus. καθαιρεῖσθε τὰ πράγματα interpretor non *evertitis*, sed *feliciter conficere studetis*. Herod. 7. 50. μεγάλα γὰρ πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι, ubi vid. Wessel. Idem 9, 35. οὕτω δὴ πέντε σφι μαντευόμενος ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος, γενόμενος Σπαρτιήτης, συγκαταιρέει, *ad felicem eventum perduxit*, pro quo ib. 33. est ἀναιρεῖσθαι. Hinc Soph. Œd. Col. 1148. ὅπως μὲν ὅδ' ἀγὼν ᾑρέθη. Sic explico Pind. Ol. 10, 75. ἀγώνιον—εὖχος ἔργῳ καθελών. MATTH.

752. δορὶ] δορὸς Hermannus.

754. Quæ hic et in sequentibus Adrasti sunt, choro tribuit Ald. Correctum ex Flor. 1. 2.

οὕνεχ' ἀγὼν] οὕνεκ' ἀγὼν libri, nisi quod οὕνεκεν Flor. 1. 2.

755. ὅσοι γε] ὡς οἵγε Ald. et pro varia lect. Flor. 2.

λόχοις Reiskius. δόμοις libri.

756. κεκμηκότων] Homer. καμόντων, i. e. θανόντων. BARN.

758. τοὐκεῖθεν ἢ τοὐνθένδε;] *Ex illa, an ex hac parte?* ultra an citra? Hic locus videri potest unus ex iis in quibus hodierni lectores Euripidis offendere possumus, forte non satis assequentes qua mente proponerentur hujusmodi quæstiones, quæ idcirco nobis, ab istis temporibus tam longe dissitis, primo intuitu *parum ad rem* (si ita loqui fas sit) nunc videantur. Sed ratio aliqua forte excogitari potest, quare Adrastus interrogaret, utrum turba militum ejus mortuorum sepulta esset *ultra an citra* Cithæronem; et quare Jason (Med. 1312.) audita cæde filiorum a matre interfectorum, in maximo luctu, statim quæreret, *Ubinam* eos interfecit? *intusne, an extra domum?* Sed quid dicendum est de *Agave*, (Bacch. 1289.) cui, trementi de nece filii sui Penthei, quum pater Agaves Cadmus dixisset, eam ipsam suis manibus illum interfecisse; pro ejulatu et lamentationibus, quas aliquis expectasset, illa satis

lente, uti videtur, Cadmum interrogat, *Ubi vero periit? in domo? an quibus in locis?* quasi *locus* alicujus esset momenti in re tam luctuosa, et tam atroci facinore! Responsum quidem (cujus caussa quæstio proposita fuisse videtur) *Ubi prius Actæona canes nactæ sunt*, appositum est: sed talem quæstionem quænam mater, unico filio orbata, proponit? Ita mox, quum ei narraverat Cadmus, se vix, et multo cum labore, cadaver Penthei dispersum per agros collegisse; illa, parum materne, uti nunc videretur, rogat, *An totum* reperisset, *suis membris conjunctum apte?* qualem quæstionem hodierna mater, ut diram, et a natura maxime abhorrentem, refugeret. Quæ refero, ab aliis discendi studio, non culpandi ea quorum rationem non satis intelligere videor. MARK.

759. Ἐλευθερὶς πέτρα] Plutarchus in Theseo, p. 14. eadem refert, et suo tempore monstratum fuisse dicit horum sepulturæ locum Eleutheris; ducum, apud Eleusina: hoc est κενοτάφια ducum. nam ossa eorum Argos reportabantur, v. 1114. 1185. 1210. MARK.

760. οὓς] ὃς Flor. 1.

πῇ] ποῖ Flor. 1. 2. ποῦ Hermannus recte.

ἥκεις Heathius. Libri ἥκει.

761. ἐγγύς· πέλας γὰρ πᾶν ὅ τι σπουδάζεται] *Prope sunt ducum cadavera, ob quæ tantos labores suscepistis.* MARK.

763. Lacunam post hunc versum indicavit Hermannus.

764. φαίης—νεκρούς] *Diceres*, Theseum virum optimum esse, *si affuisses curanti cadavera.* ELM. ad Bacch. 1341.

765. αὐτὸς Reiskius. Libri αὐτῶν.

766. κἀκάλυψε] καὶ 'κάλυψε Ald.

767. οὖν Elmsleius. ἦν libri.

κᾀσχύνην] καἰσχύνην libri.

772. ἀρῶ] Scribebatur αἴρω. Futuro opus esse intellexit Elmsleius, cui ἀλλ' εἶμ', ἐπαρῶ scribendum videbatur.

αἴρω χεῖρ'] De actione manus in luctu levandi vid. Alcest. v. 768. indicatum a Marklando. Philostratus in Heroicis de Ajace Locrensi: πάντας δὲ, ὡς ἐπὶ ἀνδρὶ ἀγαθῷ, χεῖρας ᾇρασθαι. MUSG.

773. ἐκχέω] Notandum ἐκχέω hic futuri indicativi esse. MUSG. Scribendum ἐκχεῶ, quam formam futuri diserte memorat Chœroboscus in Bekk. Anecd. vol. 3. p. 1290.

776. 777. Homer. Il. ι, 408. ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν

αὔτε λεϊστὴ οὔθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Comparavit Brodæus.

780. δορὸς] χθονὸς Par. A. superscripto δορός.

782. δ' ἐμῶν Hermannus. Legebatur δὲ τῶν.

785. sq. In Ald. interpungebatur: εἴπερ ὄψομαι, Τὰν ἀ. ἡμέραν Ἰδοῦσα πάντων μέγ. ἄ. Recte jam Barnes. locum distinxit. ἀμέραν pro ἡμέραν scripsit Herm. ut v. 783. τιμά. τὰν ἄελπτον ἀμέραν, *filios sepulturæ redditos*, μέγιστον ἄλγος, *filios cæsos*. Hinc adspectus filiorum et acerbus et jucundus est. MATTH.

788. ἀμερᾶν Porsonus. Libri ἀμέρᾳ. Quo servato Bothius παλαιὸς in παλαιᾷ mutat. Quod præstare Porsoni conjecturæ videtur.

789. μ' ἔδει Marklandus. Libri με δεῖ.

793. στερεῖσα Marklandus. Libri στερεῖσθαι.

796. ὀλοίμαν ex Matthiæ editione remansit. Recte libri ὀλοίμην.

797. Ἅιδην] ᾅδου Par. A.B.

798. Adrasti personæ notam addunt codices, om. Ald.

804. προσαυδῶ σε τὸν θανόντα] De hoc more compellandi mortuos in pompa funebri dictum ad Alc. 610.

805. Personæ in Ald. sic descriptæ, Ἀδ. ἰω—ἐγώ. Χο. αἶ αἶ—κακῶν. Ἀδ. ὦ—ἐσορᾶτε. Correxit Hermannus.

806. Lacuna indicata in Par. A.B. adscripto λείπει.

808. πότμον] πόνον Par. A.

809. δρῶσιν (Par. A. δρῶσι) δῆτ' ἐμέ γε τὴν Par. A.C. Flor. 1. 2.

τὴν] Scribendum τὰν cum Marklando.

811. προσάγετε τῶν δυσπότμων Hermannus. προσάγετε δυσπότμων Par. A. προσάγετε δυσπότμῳ Flor. 1. 2. προσάγετ' ὦ δυσπότμῳ Ald. Choro hos versus tribuunt Flor. 1. 2.

814. Hunc versum choro tribuit Par. A. In eo Par. B. Flor. 1. 2. ἐγών. Par. A. ἐγὼν ἐκράνθην.

815—817. in Ald. Adrasto tribuuntur, denuo præfixa nota Ἀδ. quo factum, ut v. 818. verba ἔχεις, ἔχεις choro, reliqua Adrasto, totus autem versus 819. choro tribueretur. Vitium correctum jam in Brubach. eamque correctionem confirmat Par. A. MATTH.

816. προσαρμόσασ' Marklandus. προσαρμόσας libri.

817. ἐν ἀγκῶσι τέκνα θῶμαι] Metrum ⏑ ‒́ ‒ | ⏑ ‒́ ⏑ ‒ ‒.

819. Verbis τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ λέγεις superscriptum in Par.

A.B. περισσὸν, quo vocabulo metrici indicare solent non esse in antistropho quod respondeat. Eadem de caussa versui strophico 806. in iisdem libris adscriptum λείπει. Ceterum totum versum choro tribuunt libri. Sed αἰαῖ Adrasti esse versus strophicus docet monuitque Hermannus.

820. στένεις] στένοις Flor. 1.

823. γ' additum ex Par. A.

εἷς] Scrib. ἐς.

828. Fortasse delendum alterum ἰώ.

835. ἐρημά σ' Hermannus præeunte Marklando, qui ἔρημα δ' scripserat. Libri ἔγημας. Ceterum correxi versuum descriptionem Aldinam ἔγημας— | Οἰδιπόδα— | λιποῦσ'—.

838. Theseum una cum militibus, qui mortuorum corpora vel attulerant vel comitati erant, reducem et lamentis, quæ chorus cum Adrasto effundit 798—837. præsentem fingit Euripides.—Proprie ἐξαντλεῖν πόνον, μόχθους, βίον dicitur, ubi res gravis et molesta peragenda significatur; hinc h. l. ἐξαντλεῖν γόους. Quæ vero e matribus quærere voluerat Theseus, ad illas proprie pertinebant, v. c. cujus earum quisque filius esset; hinc addit μύθους τοὺς εἰς τὰ σά γε, *quæ quidem ad tuas res, ad te, pertinerent:* nam alia, de virtute eorum et indole Adrastum exponere magis conveniebat. MATTH. Parum probabiles hæ sunt Matthiæ opiniones nec meliora aliorum criticorum sunt inventa, quæ commemorare nihil attinet. Tria sunt in hoc loco quæ satis certa mihi esse videantur. Eorum primum est, Theseum non tanquam κωφὸν πρόσωπον choro et Adrasto lamentantibus (v. 798—837.) adstitisse, quod cur institueret poeta nihil caussæ erat, sed nunc demum in scenam denuo prodire. Secundum est, στρατῷ de universo esse intelligendum exercitu, non de paucis illis δορυφόροις, qui cadavera ducum in scenam attulerant. Hos enim absurdum est στρατὸν appellari nec decorum videtur ullam eorum rationem haberi. Tertium denique est, γόους ἀφήσω (nam recte in Ald. distinctum στρατῷ, γόους ἀφήσω) non Thesei esse verba posse, cujus lamenta nulla fuerunt, sed chori esse debere aut Adrasti. Hæc qui perpenderit, facile nobis concedet quæ nunc in libris leguntur plane inexplicabilia, ex laceris plurium versuum reliquiis utcunque esse consarcinata: quæ fortasse sic sunt in ordinem redigenda,

ΧΟΡΟΣ.

* * * * * *
γόους ἀφήσω * * * *.

ΘΗΣΕΥΣ.

* * * * * *
μέλλων σ' ἐρωτᾶν, ἡνίκ' ἐξῄειν στρατῷ
* * * * * *
* * τοὺς ἐκεῖ μὲν ἐκλιπὼν
εἴασα μύθους· νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ—.

In versibus chori qui exciderunt haud dubie de adventu Thesei dictum fuit: quemadmodum in loco simili Phœniss. 1308. lugubre carmen chori his finitur versibus coryphæi,

ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
πρὸς δόμους στείχοντα, παύσω τοὺς παρεστῶτας γόους.

Ex Thesei oratione quot versus exciderint definiri nequit.

840. εἰς (nam sic libri, non ἐς) τὰ σά γε] Recte εἴασα corrigere videtur Elmsleius, præcedentia parum feliciter tentans.

ἱστορῶ] ἰσωρῶ (ιστο) Par. A.B. εἰσορῶ (ἱστο) Par. C. Flor. 2.

842. θνητῶν] γ' addit Par. E.

848. τραῦμα codices. τρῶμα Ald.

849. κενοὶ Grotius in Excerptis p. 954. Libri κοινοί.

852. ἀπήγγειλ'] ἐπήγγειλ' Par. A.

ἀγαθὸς] Libri ἀγαθός.

854. ἂν] αὖ Reiskius.

πιθέσθαι] πυθέσθαι Flor. 1.

858. ὧν Piersonus. τῶν libri: qua forma tragici non utuntur in diverbiis nisi postulante metro. Elmsleio scribendum videbatur δίδως ἔπαινον τόνδ'· ἐγὼ δὲ βούλομαι—. Sic etiam Matthiæ, nisi quod τῶνδ' scripsit.

860. ὁρᾷς τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο] Libri ὁρᾷς τὸν ἁβρὸν, οὗ β. δ. Sed ἁβρός, *delicatus*, vocari nullo modo potest Capaneus. Itaque Markl. jam conjecit ἀδρὸν, *robustum*, *validum*, quod probat Musgr. Sed Toup. Em. in Suid. 2. p. 157. apte contulit locum Polybii 5, 9. ubi, quum narrasset, Macedones sævitiam, qua Ætoli Dium Dodonamque vastaverant, excidio Thermi, oppidi Ætoliæ, ultos esse, pergit: κατέγραφον δ' εἰς τοὺς τοίχους καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον, ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς τοῦ Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Χρυσογόνου, σύν-

τροφος δὲ τοῦ βασιλέως· ὁ δὲ στίχος ἦν, ὁρᾷς τὸ Δῖον, οὗ βέλος διέπτατο. Quamvis vero οἱ παρῳδοῦντες verba etiam nonnulla mutare solent, causa tamen in hoc ipso loco esse debebat, cur eum potius, quam alium, sibi ad rem propositam detorquendum sumeret Samus. Accedit, quod βέλος per se *fulmen* designare non potest. Itaque optime Toup. scribendum vidit, Ὁρᾷς, τὸ δῖον οὗ βέλος διέπτατο. Adjectivum τὸ δῖον Samus in urbis nomen deflexit. δῖον πῦρ vocatur *fulmen* Alc. 5. Bacch. 8. διόβολον πλᾶκτρον Alc. 126. Memorabile tamen, quod Bacch. l. c. legitur τυφόμενα δίου τ' ἔτι πυρὸς ζῶσαν φλόγα, in eo pro δίου legisse ἁδροῦ videri Plutarchum Sol. p. 79 A. καὶ παρεφύλαξε τυφομένην ἁδροῦ πυρὸς ἔτι ζῶσαν φλόγα. MATTH.

864. Athenæus 4. p. 159 A. citat ψέγων pro φεύγων, sed 6. p. 250 E.F. μισῶν, ut hoc argumento appareat, quam nihil tribuendum sit antiquis, versus poetarum memoriter afferentibus. Idem Athen. p. 159. εἴ τις ἐξογκοῖτ' ἄγαν, et v. sq. τἀρκοῦντ' ἐπαινῶν. MATTH.

867. φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος παροῦσί τε Reiskii emendatio est. Ald. Par. A.B. Flor. 1. φίλος τ' ἀληθὴς ἦν· φίλος τοῖς παροῦσί τε. τοῖς omittunt Par. C. Flor. 2.

870. ἄκραντον οὐδὲν sic accipio: *nihil irritum*, nihil, quod eventum non haberet, itaque omnia vera et non fucata, *neque in famulos exercens neque in cives*. MATTH.

οὔτ' Marklandus. οὐδ' libri.

872. ἄλλην Matthiæ. ἄλλον libri.

874. ἔσχεν Ἀργεία χθονί] ἔσχ' ἐν Ἀργείων πόλει Teles apud Stobæum, 95, 21. unde ἔσχ' ἐν recipiendum.

876. ὥστε—παρασχεῖν] οὐδὲ—παρέσχε Stobæus 46, 4.

878. πόλιν] τύχην Stobæus.

879. κοὐδὲν] γ' οὐδὲν codices.

πόλις] πέλει Stobæus.

880. κλύουσα] ἀκούειν Stobæus.

883. βίον] βίου Par. B.

889. Libri παῖς Παρθενοπαῖος. Delevi παῖς. Παρθενοπαῖος secunda syllaba producta dixit exemplo Æschyli Sept. ad Th. 547. Παρθενοπαῖος Ἀρκὰς, ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ—. De eadem emendatione cogitavit Hermannus, sed ut rejiceret, argumentis usus parum idoneis.

896. ἐνεστὼς] Scribendum ἐφεστὼς cum Blomfieldo.

898. ἔφερεν Grotius. ἔφερ' libri.

δυστυχοῖ Reiskius. δυστυχεῖ libri.

900. ἔχων] Quod proxime præcedit ὅσος postulabat εἶχεν: sed prætulit participium verbis remotioribus πολλοὺς δ' ἐραστὰς accommodatum.

902. Schol. Hom. apud Valcken. ad Ammon. p. 421. et apud Villois. ad Il. δ', 400. habet οὐδ' ἐν λόγοις ἦν δεινὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι, omisso sequente versu. Hinc Porson. App. ad Toupii Em. in Suid. p. 478. sq. versum manifesto spurium esse dicit. Scilicet, inquit, quum δεινὸς semel adscriptum esset pro λαμπρὸς, nasutus quidam alterius versus initium esse ratus, senarium hunc qualemcunque edolavit. Vere nasutum vocat, cui tale quid in mentem venire potuerit. Equidem vereor, ne scholio illi nimium tribuerit, nec causam idoneam video, cur v. 903. vel mutetur, vel ejiciatur, vel transponatur. Vocabulis σοφιστής et σοφός delectari Euripidem jam alii observarunt, et σοφιστὴς ἐν ἀσπίδι non durius translatum est, quam μουσικὴ ἐν ἀσπίδι v. 906. Ad ἐξευρεῖν repetendum δεινός, constructione simili Pindaricæ Ol. 6, 28. μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ δουρὶ μάρνασθαι. quam vocem scholiastes Homeri memoriæ vitio e secundo in priorem versum pro λαμπρός transtulit. MATTH. Scholiasta Homeri utrum versum hunc δεινὸς σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά in libro suo legerit necne in medio relinquimus nec multum refert. Recte vero a Porsono ejicitur, cui frustra repugnat Matthiæ. Nam nec σοφιστοῦ nomen Tydeo convenit, cujus laus omnis in armis posita est, et ineptam tautologiam verba afferunt πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά. sive sic sive, quod malim credere, πολλά γ' scripsit interpolator.

904—906. γνώμῃ δ' ἀδελφοῦ Μελεάγρου λελειμμένος, | ἴσον παρέσχεν ὄνομα διὰ τέχνης δορὸς, | εὑρὼν ἀκριβῆ μουσικὴν ἐν ἀσπίδι] Hi quoque versus magnopere vereor ne non sint scripti ab Euripide. Faciunt enim ut præcedentia verba ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν prope inepta videantur, ne quid de mirabili illa locutione dicam εὑρὼν ἀκριβῆ μουσικὴν ἐν ἀσπίδι.

907. 908. In ed. Aldina distinctum, φιλότιμον ἦθος, πλούσιον· φρόνημα δέ. Quid sit ἦθος πλούσιον ignoro. Tolerabilius videbitur si moveas distinctionem ut in edit. Hervagiana factum,

φιλότιμον ἦθος· πλούσιον φρόνημα δὲ
ἐν τοῖσιν ἔργοις, οὐχὶ τοῖς λόγοις ἴσον.

Orest. 388. ὁ δαίμων δ' ἐς ἐμὲ πλούσιος κακῶν, i. e. ἕνεκα κακῶν· sensus est πλούσιος ἐν κακοῖς, ut hic, πλούσιον ἐν ἔργοις.

D. Paulus ad Ephes. 2. 4. ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει et πλουτεῖν ἐν ἔργοις, 1 Tim. 6, 18. Vult: *mens* et inventio Tydei *fœcunda* erat *in factis*, in *dicendo* impar. Sine præpositione Plutarch. Cat. Maj. p. 347 A. πλούσιος τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς. MARK. Recte distinctum in Aldina. Verum uterque versus non ab Euripide scriptus est, sed a grammatico aliquo confictus, qui non solum adjectivo πλούσιος, quod de animi dotibus intelligi voluit, sed etiam inepto vocabuli φρόνημα usu satis se prodidit, quod ex v. 862. videtur sumpsisse.

911. αἰδὼς non tam esse pudorem ob turpia, quæ commisimus, quam pudorem eum, quo prohibemur turpe quid vel nobis indignum facere, sensum honesti, notum est. Itaque hoc dicere vult Euripides, bonam educationem efficere ut turpiter te gerere pudeat. MATTH.

912. τἀγάθ'] τοι ἀγαθὰ Stobæus 1, 5.

913. γενέσθαι] κεκλῆσθαι Stobæus.

914. διδακτὸν Stobæus. Libri διδακτός.

917. Quum hæc ita sint, et qui bona institutione usus est, virtutes recte percipiat, monendi sunt omnes, ut liberos bene instituendos et educandos curent. παιδεύετε est imperativus. MATTH. Scribendum potius παιδεύσετε cum Hermanno.

924. τεκοῦσ' ἁ Hermannus. Libri τεκοῦσα.

925—939. Thesei Adrastique personæ in libris sunt permutatæ. Quod vitium correxit Musgravius.

925. Οἰκλέους—τόκον] Amphiaraum.

Οἰκλέους Brodæus. Ἰοκλέους libri: quod solemne in hoc nomine codicum vitium est.

928. δὲ Hermannus. Legebatur τε.

Πολυνείκην] Scribendum Πολυνείκη cum Elmsleio.

932. δρᾶν σε Marklandus. Legebatur δρᾶσαι.

935. ἱρὸν] Libri ἱερόν.

938. οἴκους Reiskius. Legebatur οἰκτρούς.

939. 940. Utrumque versum Theseo tribuunt libri. Correxit Musgravius.

939. οὗτος Reiskius. Vulgo αὐτός.

940. στειχέτω δ' ἄχθη νεκρῶν] Id est, procedite vos, qui portatis cadavera ducum. MARK.

943. τὰς—τέκνων Theseo tribuit Par. B.

945. πικραὶ γὰρ ὄψεις χἄμα τῷ τέλει νεκρῶν] Dicit Theseus: Aspicere vita functos etiam statim post eorum obitum, grave

et molestum est; quale putas futurum matribus, si filios suos jam sex dies mortuos, mutatos et deformatos videant? MARK.

νεκρῶν] νεκρῷ Par. A. Flor. 1. 2. νεκρῷ νεκρῶν Par. C.

949. βροτῶν Par. C. Flor. 1. 2. Vulgo βροτοί.

961. πλαγκτὰ codices. πλακτὰ Ald.

962. δυσχίμων Hermannus. δυσχείμων libri.

967. δυστηνοτάτως Reiskius. Legebatur δυστηνότατος. Scribendum δυστανοτάτως. De superlativo adverbii conf. Elmsl. ad Heracl. 544.

968. φθιμένοις Ald. φθιμένοισιν codices.

969. ζῶσιν Ald. ζωοῖσιν libri.

κρινομένη Musgravius. Legebatur ἀριθμουμένη ex glossemate. Scribendum autem Dorice κρινομένα, ut ὀρθρευομένα v. 978.

970. ἔχουσα Par. tres. ἴσχουσα Ald.

975. λοιβαί τε νεκύων φθιμένων] Hic versus accessit ex Plut. Mor. p. 394 B. τε addidit Hermannus.

977. γόοισιν Hermannus. Vulgo γόοισι.

ὀρθρευομένα codices. ὀρθευομένα Ald.

979. τέγξω Ald. τάξω codices.

983. Θησέως Par. C. Vulgo Θησέος.

984. καπφθιμένου Elmsleius. καταφθιμένου libri.

990. De baccheis ante numeros glyconeos positis dixi ad Aristoph. Vesp. 317.

991—994. Hæc in duos versus digerenda, ἐδίφρευε—αἰθέρα | λαμπάδ'—ὄρφνας. pariterque in antistropho 1013—1016.

991. ἐδίφρευε τόθ' ἅλιος Matthiæ. Libri ἐδιφρεύετο τάλας. τάλας ex ἅλιος corruptum esse animadverterat Barnesius.

993. ὠκυθόαι νύμφαι] Quæro quænam sint hæ *nymphæ celeres quæ equitant per tenebras*. Brodæus dicit, "Nymphæ Noctis comites." Sed quænam sunt istæ? Scio istud Hesiodi Op. et Dier. 730. μακάρων τοι νύκτες ἔασσιν· *Deorum sunt noctes*. hic vero certæ aliquæ Deæ seu Nymphæ videntur designari. In Theocriti Idyll. 2. v. ult. 'Αστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα Νυκτὸς ὀπαδοί. et Tibulli Eleg. 2. 1, 87.

Jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.

hoc est, ἄστρα δ' ὁμάρτει Θεᾷ, Ion. 1151. An hæ sunt ὠκυθόαι Νύμφαι hujus loci? Videntur esse. Eadem forte designantur

eodem dramate v. 1078. Ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς Ἀνεχόρευσεν αἰθὴρ, Χορεύει δὲ Σελάνα. Per ἀστερωπὸς αἰθὴρ videtur velle ἄστρα ἐν αἰθέρι. MARK. In illo non hæreo, quod Nymphæ comites junguntur Lunæ: quum enim Luna jam antiquis temporibus cum Diana confunderetur, hanc vero constanter Nymphæ comitentur, quid mirum, Lunæ quoque Nymphas tribui, etsi nullo alio loco eæ memorentur? Ita astra poterant Lunæ comites nominari; vid. Markland. MATTH.

994. ὄρφνας Hermannus. Libri ὀρφναίας.

995. Lacunam indicavit Hermannus.

ἀνίκα Par. C. Vulgo ἡνίκα.

997. Musgr. conj. ἀοιδαῖς, ut constructio esset ἐπύργωσεν εὐδαιμ. ἐμῶν γάμων ἀοιδαῖς. Sed vulgata magis poetica, ἐπύργωσεν ἀοιδὰς εὐδαιμονίας, *cantus de felicitate*, fere ut Pindar. Pyth. in. θησαυρὸς ὕμνων τετείχισται. MATTH.

999. χαλκεοτευχοῦς Flor. 1. Vulgo χαλκοτευχοῦς. Quod addebatur τε, delevit Hermannus.

1000. προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν] Non respondet versui antistrophico 1023. σὲ τὸν θανόντ' οὔποτ' ἐμᾷ. Non sufficit Hermanni correctio πρός σ' ἔβαν—.

1002. πυρὸς— | βατεύουσα— | καταλύσασ'— | αἰῶνός τε πόνους Ald.

πυρὸς φῶς καθέξουσα (καθέλουσα Flor. 1.) libri. καθέξουσα, glossema ad ματεύσουσα adscriptum, delevit Hermannus.

1003. ματεύουσα Hermannus. βατεύουσα Ald. βατεύσουσα codices. ματεύσουσα Marklandus.

1008. δὴ om. codices.

1009. πέλας Canterus. Libri πύλας.

1010. Libri Διὸς θησαυρόν. Musgr. conjicit δύης pro Διός, quam conjecturam non flocci faciendam esse dicit Elmslei. quamvis explicare se non posse fateatur, quomodo rogus Capanei thesaurus Jovis dici possit. An quia in eo conditum est cadaver fulmine tactum ideoque Jovis potentiam maxime declarans, sicut Electr. 493. cadus vel amphora vocatur θησαύρισμα Βάκχου? Tum Ald. ἔνθεν ἐστι σός. Correxit Canter. MATTH.

1011. Flor. 1. λαμπάδι.

1013. ἴν' Reiskius. Legebatur ἦν.

τύχα δέ μοι ξυνάπτει ποδός] *Felici vero casu huc delatus sum.* MATTH.

1014. τῆς] Scribendum τᾶς.

1015. χάριν codices. χάρισιν Ald.

1022. Περσεφονείας codices. Φερσεφονείας libri.

ἥξω recte delet Hermannus. Accusativus pendet ab ὁρμάσω.

1026. Solœcum est εἶθε—φανῶσιν. Placet Hermanni conjectura, ὅθεν μή τινες εὐναὶ Δικαίων ὑμεναίων ἐν Ἄργει Φανῶσιν τέκνοις, ὅσιος δ'. sed ante εὐναῖος γαμέτας duas syllabas deesse, monstrat stropha. Ultima sic vertit Herm. *fidusque conjux sincero generosæ mentis ardore uxori amatus*. recte, ut γενναίας ψυχᾶς ex αὔραις ἀδόλοις pendeat: nam ἀλόχῳ γενναίας ψυχᾶς Latina est, non Græca, constructio. Parr. A.B.C. Flor. 2. γενναιᾶς ψυχᾶς ἀλόχῳ. in Flor. 1. deest ἀλόχῳ. MATTH.

1035. πένθημα δωμάτων L. Dindorfius. πένθιμον δαιμόνων codices. πένθος γε δαιμόνων Ald. πένθος γε δωμάτων Musgravius.

1036. τὸν μὲν] Nescio an scripserit τὸ μέν. HERM.

1037. γῆν Hermannus. τὴν libri.

1044. κατείδετε Elmsleius. κατοίδατε libri.

1049. δόμων Par. A. δόμον σ' Flor. 1. Codices reliqui et Ald. δόμον γ'.

1050. ὀργὴν Reiskius. Vulgo ὁρμήν.

1055. καινὸν Porsonus. κλεινὸν libri.

στολμὸς Marklandus. Legebatur στόλος.

1056. πένθιμος πρέπεις Marklandus. Legebatur πενθίμῳ πρέπει σ'.

1066. ἐπὶ] Usitatius est εἰς: sed similiter Herodot. 3, 82. σιγῷτο ἂν βουλεύματα ἐπὶ δυσμενέας ἄνδρας οὕτω μάλιστα. MATTH.

1069. ὅμοιον] *Tantundem est, nil refert, it is all one: c'est la même chose.* Æschylus Agam. 1413. σὺ δ' αἰνεῖν, εἴτε με ψέγειν θέλεις, ὅμοιον. *tu vero sive me laudare, seu vituperare velis, Tantundem* est. et v. 1248. Καὶ τῶν δ' ὅμοιον εἴτι μὴ πείθω· *et tantundem* est, *si in nullo horum credar*. Herodotus 8. 80. in oratione Themistoclis ad Aristidem: ἢν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὅμοιον ἡμῖν ἔσται· οὐ γὰρ ἔτι διαδρήσονται. MARK.

μὴ codices. ἂν Ald.

1076. ἀθλιώτερον Ald. ἀθλιώτατον codices.

1079. καὶ ante πόλις addidit Hermannus.

1088. παίδων ἐραστὴς] Sensu honesto dictum, ut παίδων ἔρως in locis a Porsono comparatis Ion. 67. 1246. Conf. Lennep. ad Phalar. p. 211.

1089. τεκὼν Canterus. Libri τέκνων.

1094. χρὴ Par. C. Flor. 1. 2. χρῆν Ald.

1096. πολλὴν Marklandus. Vulgo πολλῶν. "Optime Reiskius πολλήν. Plato p. 804 D. ed. Ficin. μυρίαν μέν τινα καὶ φοβερὰν ἐρημίαν. Lycophr. v. 957. δαψιλὴς ἐρημία. Plut. Mor. p. 539. πολλῆς ἐρημίας κατεχούσης. Philo Judæus in Flaccum: καταναοοῦντι πολλὴν ἐρημίαν." MUSG.

1098. δῆθ', ὅτ' Canterus. Libri δή ποτ'.

1101. ἥδιον] Correptum ι contra veterum consuetudinem: quod interdum sibi permiserunt recentiores comici. χερσίν· οὐδὲν ἥδιον πατρὶ Porsonus.

1105. δὲ] Recte τε corrigit Matthiæ.

1110. βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασιν correctum ex Plut. Mor. p. 110 C. Legebatur νώτοισι καὶ στρωμναῖσι καὶ μαντεύμασιν. Apud Marcum Antonin. 7, 51. σίτοισι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγγανεύμασι.

1112. ὠφελῶσι γῆν Plutarchus. Legebatur ὠφέλουν πόλιν. In Par. A.B. γρ. πάλιν. In Flor. 2. πόλις (γρ. πάλιν). Quum ὠφελῶσι πόλιν in codice antiquiore scriptum esset ex glossemate, postmodum ab aliis ὠφέλουν πόλιν est interpolatum.

1114. Alterum ἰώ addidit Hermannus. In libris hæc tribuuntur hemichorio.

1115. φέρεται Scaligeri conjectura pro φέρετε. E Florr. nihil enotatum, ut hi etiam φέρεται habere videantur. Recte monet Elmsl. comma delendum esse post ἀμφίπολοι, ne jungatur λάβετε γραίας ἀμενοῦς, pro λάβεσθε, et vertit: *Ossa in manus sumite, famulæ vetulæ infirmæ.* Nec otiosa vocabula γραίας ἀμενοῦς voci ἀμφίπολοι addita; illis enim causa indicatur, cur ipsa non sumat. MATTH.

1118. Ald. πολλοῦ δὲ χρονοῦ σώζεις μέτα δή. Par. A. ζώσας δή, sine μέτα. B. ζώσας μέτα δή. C. δὴ—ζώσας, puto, ut Vict. πολλοῦ δὴ (in Vict. supra scr. δέ.) χρόνου ζώσας (Vict. ζώσης, altero supra scr.) μέτα δή. Flor. uterque ζώσης. Lectio satis expedita. μετὰ πολλοῦ χρόνου ζῆν dictum, ut μακρῷ γήρᾳ συνεῖναι et sim. MATTH. Non male Musgravius μέτα in μέτρα mutat collato ex Anthologia ἐτέων μέτρα μινυνθάδια. Sic μέτρα in μέτα corruptum Hel. 532.

ζώσας] Scribendum ζώσης ex Flor. 1. 2.

1119. καταλειβομένας] Scribendum καταλειβομένης.

1123. ζήτει πρόσωπον adscriptum in Flor. 2.

1124. πυρὸς] πυρᾶς Marklandus probabiliter.

1127. Choro tribuit Victorius. ἡμιχ. Ald.

ἰὼ ἰώ om. Par. C.

1128. Sine caussa hæret Musgravius in adverbio πᾷ. *Quo*, inquit, *fers*: quod bene convenit lugenti, ut quæ tumulum in mente habeat, quo cineres condendi sint. HERM.

δάκρυα φέρεις Ald. φέρεις δάκρυα codices.

φίλᾳ Hermannus ex Par. C. et Flor. 1. 2. in quibus φίλαι scriptum. Vulgo φίλα.

ματρὶ Ald. τε ματρὶ Par. A.B.C. τῇ ματρὶ Flor. 1. 2.

1132. Personæ notam addidit editio Brubachii.

παπαῖ παπαῖ om. Ald. In codd. Paris. A.B. est ἀπαῖς, ἀπαῖς, in Flor. utroque ἄπαις ἄπαις. Correxit Musgravius.

1134. ΧΟ.] ἡμιχ. Ald.

1135. δὲ] δαὶ Flor. 1.

πόνος ἐμῶν τέκνων] Sic Med. 1261. μάταν μόχθος ἔρρει τέκνων. ELM.

1136. ποῦ νυχευμάτων Ald. πολυχευμάτων Par. B.C. πολυχευμάτων Flor. 1. 2. (ου νυ supra scriptum) Minus probabiliter Musgravius ποῦ λοχευμάτων.

1137. ματρὸς] Frustra Marklandus μαστῶν.

1139. Par. A. οὐκέτ' εἰσί μοι παῖδες τέκνα. B. οὐκέτ' εἰσί μοι παῖδες, πάτερ. Flor. 1. 2. οὐκέτ' εἰσί μοι πᾶτερ (sic Florr.) τέκνα, in 2. supra πᾶτερ scriptum παῖδες, unde liquere videtur, παῖδες glossam esse v. τέκνα. MATTH.

1141. πυρὸς] Hic quoque, ut v. 1124, πυρᾶς Marklandus.

1142. ἤνυσαν τὸν Ἅιδαν] Id est, ἤνυσαν [ὁδὸν εἰς] τὸν Ἅιδαν, *confecerunt iter ad Plutonem*: ut bene vertitur. Ellipsis usitata. Pariter Sophocles Ajac. 614. ἀνύσειν τὸν ἀπότροπον Ἅιδαν, i. e. ὁδὸν εἰς Ἅιδαν, *migrare ad detestatum Plutonem*, seu *mori*. Eodem more ἐξανύειν πόλον ἄστρων, noster Orest. 1702. Cum præpositione Sophocles Trachin. 669. πρινὴ Τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε· *priusquam Hanc ad urbem* [viam] *confecerit*. et noster Hippol. 740. ἀνύσαιμι ἐπὶ ἀκτάν: quod vertunt, *conficerem iter ad littus*. vide schol. Aristoph. Plut. 607. Aristides Serm. Sacr. 1. p. 278. ἐπορευόμεθά τε· καὶ ὡς ἠνύσαμεν, ἐπιστὰς, &c. *et postquam eo pervenimus*, &c. ἀνύειν τὴν ὁδὸν, Xenophon. Cyrop. lib. 2. ad fin. Homer. Odyss. O. 293. ὄφρα τάχιστα Νηῦς ἀνύσειε θέουσα θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. MARK.

1143. πάτερ] Euadnæ nomen præscriptum in libris delevit Tyrwhittus. Verba σὺ μὲν, trimetri efficiendi caussa adjecta a grammatico, recte delet Elmsleius.

τῶν codices. τῆς Ald.

γόους codices. λόγους Ald.

1144. ἀντιτάσσομαι] ἀντιτίσομαι Canterus. Sed fortasse nihil mutandum, post σὸν φόνον autem cogitandum ἐκδικάσων, τιμωρησόμενος, pro quo, interpellata oratione, alius verborum ordo sequitur, ὅταν ἔλθῃ μοι δίκα πατρῷος. MATTH. Recte Canterus: nam futuro opus est.

1145. Verba εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον—εὔδει in Ald. præfixum habent Ἰφ. i. e. Ἶφις, inepte. Nec minus inepte Parr. B.C. hunc unum versum Adrasto tribuunt. MATTH.

1146. ἔτ' ἂν Musgravius. Legebatur ὅταν. Pueri hæc verba esse vidit Musgravius.

ἔλθοι] ἔλθῃ Par. B.

μοι in Flor. 2. ab alia manu suppletum.

1147. οὔπω] οὕτω Par. B.

1150. δ' addiderunt Porsonus et Hermannus.

ἐμοὶ πάρεστιν Hermannus. μοι πάρεστι codices. πάρεστί μοι Ald.

1151. ἔτ' Ἀσωποῦ Elmsleius. στάσω ποῦ libri. Tyrwhittus, propter interpolatam versus strophici scripturam, ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ.

1152. χαλκέοις Par. A. Flor. 1. Vulgo χαλκέοισιν.

ὅπλοισι Elmsleius. Libri ὅπλοις. Sed præstat fortasse χαλκέοις ἐν ὅπλοις scribere cum Marklando.

στρατηλάταν Heathius. Legebatur στρατηλατῶν.

1153. ἐκδικαστάν codices (nisi quod ἐκδικαστῶν Flor. 1.). ἐκδικατάν Ald. Verbo ἐκδικεῖν et substantivo ἐκδικητής sæpissime utuntur scriptores recentiores, inprimis ecclesiastici: quibus adsuetus corrector Aldinus ἐκδικατάν prætulit.

1154—1158. Hæc omnia Euadnæ tribuunt libri. Correxit Elmsleius.

1155. τιθέντα] θέντα Par. A.

1157. ἔλιπε Hermannus. ἔλιπεν Tyrwhittus. ἔλιπες libri.

1158. λείψει codices. λείψῃ Ald.

1159. Ἰφ. ἔχω—. Εὐ. ἔκλαυσα—. Ἰφ. ὦ τέκνον— Ald. Pro Ἰφ. Par. C. habet Xo.

1160. σποδὸν *] Scribendum σποδὸν τέκνον cum Hermanno.

1164. φίλας Musgravius. φιλίας Par. B. φίλος Par. C. Flor. 1. 2. φίλον Ald.

σε Par. A. Flor. 1. 2. σῆς Ald.

ματρός] Libri μητρός.

1165. Ἀργεῖαι] Ἀργείων Par. A.

1168. σε] Quum Minerva v. 1192 sq. Theseo dicat μὴ δῷς τάδ' ὀστᾶ τοῖσδ' ἐς Ἀργείαν χθόνα παισὶν κομίζειν, probabilis est Elmsleii suspicio pro σε legendum esse σφε. MATTH. Recte Elmsleius.

1170. δρῶντας] δρῶντες Par. A.

1171. παισὶν Reiskius. Libri πᾶσιν.

τοῖσδε Marklandus. Libri τούσδε.

1176. Ἀργείων] Ἀργείαν Flor. 1. 2. ut v. 1185.

1178. ἀγήρων Par. A.B.C. ἀγήρω γ' Ald.

1180. δή ποθ'] Scribendum δῆτ' ἔθ' cum Elmsleio.

1183. ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους] "Ut verum fatear, non hic videtur satis urgens causa ut θεὸς ἀπὸ μηχανῆς introducatur. nisi ut poetæ fixum erat, Athenas suas quoquo modo ornare." Barnesius. Mihi contra videtur, totum hujus dramatis propositum ab hac una circumstantia pendere. Admodum probabile est hanc fabulam scriptam fuisse Olympiad. 90. 3. sive anno belli Peloponnesiaci 15. quo anno (ut ex Thucyd. lib. 5. monet Barnesius) Argivi, pace cum Lacedæmoniis inita, in agrum Atticum incursionem fecerunt. Sive autem hæc fabula scripta fuit isto anno ante istam incursionem, sive post, idem erit ejus propositum, nempe, ut ostendat ingratum Argivorum animum erga benefactores suos, Athenienses; et simul, conatus eorum irritos, ex hac prædictione Minervæ: non enim dubitare potest, quin historiæ istorum temporum innixa fuerit hæc narratio de interventu Minervæ, et ceteræ περιστάσεις, de jurejurando Argivorum, de tripode, qui Euripidis tempore Delphis proculdubio extabat, de gladio abdito, &c. vanæ alioquin et nullius ponderis vel auctoritatis futuræ, imo et Argivis ridendæ, si hæc omnia merum poetæ figmentum fuissent. MARK.

τούσδ'] Præstat τῆσδ', quod Marklandus restituit e loco simili Iph. T. 1436.

1184. ὠφελεῖν τάδε] Reiskius conjicit πόλιν pro τάδε. Cicero sæpe utitur voce HÆC eodem sensu pro imperio Romano, seu *præsenti statu rei pubicæ*. In Catilin. 1. et 4. *qui* HÆC *delere conati sunt:* quod mox *delere imperium* vocat. MARK.

1186. οὕτω] οὕτως Flor. 1. 2.

1189. τύραννος] ὡς τύραννος Par. A.B.

1190. ὁρκωμοτῶν codices. ὁρκωμοτεῖ Ald. Scribendum ὁρκωμοτεῖν cum Grotio de jure belli et pacis 2, 15, 3.

1191. ἔσται] ἔστω Par. A.

1195. πρόστρεπ'] *Precare*, id est, *Adrastus precetur*. nam verba jurisjurandi Theseus præire, Adrastus vero in verba ejus jurare, debuit. MARK.

1196. χρὴ σφάγια] Scribendum σφάγια χρὴ cum Elmsleio.

1197. εἴσω] Alibi ἔσω scribitur in quinto pede trimetri.

1200. σ' Reiskius. γ' libri.

1204. μαρτύρημά θ' Victorius. μαρτυρήμαθ' Ald.

1205. τρώσῃς φόνον] Hoc Musgravius defendit exemplo parum apto Phœn. 1432. τετρωμένους δ' ἰδοῦσα (filios) καιρίας σφαγὰς ᾤμωξε. Recte Toupius Emend. vol. 3. p. 21. corrigere videtur δράσῃς.

1211. ἡγνίσθη Marklandus. Legebatur ἀγνισθῇ.

1212. παρ' αὐτὴν τρίοδον] Pausanias 1, 39. ἑτέρα δὲ ὁδὸς ἐξ Ἐλευσῖνος πρὸς Μέγαρα ἄγει. ταύτην ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν φρέαρ ἐστὶν Ἄνθιον καλούμενον.—ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος ἱερὸν Μετανείρας ἐστὶ, καὶ μετ' αὐτὸ τάφοι τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τὸν Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε.

Ἰσθμίαν θεῷ Tyrwhittus. Legebatur Ἰσθμίας θεοῦ. θεῷ, Apollini, ut ex v. 1203. intelligitur.

1214. πορθήσεθ'] πορθήσαθ' Par. C. Flor. 1. 2.

1219. φθάνειν Brodæus. φθονεῖν libri. "Sensus et versio: *Sed oportet vos*, SIMUL AC (non *priusquam*) *barba vestras genas vestiat*, CONTINUO *ducere exercitum armatum Argivorum contra Thebas*. Ad verbum: *Sed oportet vos*, NON PRÆVENIRE *vestientes genas* vestras, ET *ducere*, &c. id est, simul ac vestiveritis barba genas, statim ducere, &c. MARK.

1221. ἑπτάστομον Valckenarius ad Phœn. 755. Legebatur ἑπτάστολον.

1224. Ἐπίγονοι Brodæus. ἔκγονοι libri. "Apollodorus Biblioth. 3. 7. Μετὰ δὲ ἔτη δέκα, οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέν-

τες Ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι· vide et Pindarum Pyth. 8. et Strabon. 9. p. 634." MARK.

1225. *ᾠδὰς ὑστέροισι θήσετε*, ut Troad. 1245. *ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν. cantica*, id est, materiam *carminum* seu *poematum*. MARK.

1230. *ἐς*] Recte Ald. *εἰς*.

Hesychius: *Ἀναδρομαί· αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν, Ὑψιπύλῃ.* Hæc vox non nunc invenitur in hoc dramate. Forte excidit post v. 262. MARK.

IPHIGENIA AULIDENSIS.

IPHIGENIÆ Aulidensis duplex recensio fuisse creditur. Primus hanc quæstionem tractavit Musgravius ad initium fabulæ, cui assensi sunt Marklandus, Prevostus in *Théâtre des Grecs* T. 7. p. 121. Eichstadius *de dram. Græcorum comico satyrico* p. 99. Jacobs. in *Beytr. zu Sulzer's Theorie* T. 5. P. 2. p. 401. et *Exercit. crit. in script. vett.* I. p. 93. nemo autem accuratius in hoc argumento versatus est Boeckhio in libro: *Græcæ trag. principum, Æsch. Soph. Eurip. num ea, quæ supersunt, et genuina omnia sint* etc. Heidelb. 1808. alia addidit Bremius in *philol. Beitr.* 1. p. 143. Et Musgravius quidem primum ad locum Æliani de animal. 7, 39. provocat, ubi versus ex Euripidis Iphig. Aul. citantur, quos in nostra fabulæ editione et frustra quæras, et ne locum quidem in ea habere potuisse facile videas. Ii versus hi sunt:

Ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις
κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν
σφάζειν θυγατέρα.

Hæc igitur dubitari non posse dicit Musgrav. quin a Diana pronunciata sint; cujus persona cum prologo in hac præsertim tragœdia convenientissima sit, versenturque hi versus, ut et multi apud Euripidem prologi, in prædictione rerum futurarum, magnam exinde oriri suspicionem, fragmentum hoc ex vero prologo, quem proinde nunc desideramus, desumtum esse; ea vero ad Agamemnonem vel absentem vel non audientem dicta esse, cujus rei cum multa exempla apud alios auctores, tum nonnulla apud Euripidem habeamus: vid. Hec. 55. Androm. 222. Iph. T. 379. Sed hanc argumentationem optime refutavit Bremi l. c. fieri non potuisse monens, ut Diana in Agamemnonem ea ira percita, quæ non nisi mactata Iphigenia placari posset, eum in prologo alloqueretur et consolaretur, ac sollicitudine de filiæ sorte levaret. Addere poterat, inepte Dianam fingi, Agamemnonem vel absentem vel non audientem his versibus alloquentem; nam absentes compellan-

tur tantummodo, ubi is, qui eos alloquitur, in graviore animi affectu versatur, et eorum, quos alloquitur, sortem dolet, ut in locis a Musgr. allatis omnibus, non, ubi res, quæ eventura sit, narranda est. Accedit, quod apud Euripidem is, qui prologum agit, semper illud tantum exponit, quo statu res sint eo ipso tempore, aut, si forte, eventum rei generatim et infinite tantum significat, ut in Hippolyti prologo Venus, nunquam ipsum fabulæ exitum, quam *καταστροφήν* vulgo vocant, et in quo *λύσις* actionis posita est, statim ab initio spectatoribus enunciat. Itaque probabilior certe Bremii sententia, hos versus, modo in Euripidis Iphigenia locum habuerint, post v. 1531. nostræ edit. olim lectos fuisse suspicantis, iisque Dianam Clytæmnestræ ob ereptam filiam mœrorem mitigasse; tale quid autem suboluisse videri Porsono, qui Præf. Hec. p. 21. dicat: Persuasus sum, totam scenam abusque v. 1531. spuriam esse, et a recentiori quodam, nescio quando, *certe post Æliani tempora* suppositam. Recisa igitur illa Dianæ oratione, sive emendatorem sive depravatorem nuncium potius, quæ gesta erant, exponentem induxisse. Quamquam hæc quoque ratio dubitationem habet. Deorum enim interventu nusquam Euripides utitur, nisi ubi *dignus vindice nodus incidit*, et fabula non nisi divina ope ad exitum perduci potest; quo pertinet etiam, quod in Hippolyto Theseus non nisi a dea de errore suo edoceri potest. Hic vero quis dignus vindice nodus incidit? Non immolatam esse Iphigeniam, sed pro ea cervam substitutam commodius narrari potuit, ut Polyxenæ cædes a Talthybio narratur. Contra dici potest, rei eventum narrari quidem potuisse, quomodo vero et a quo administratus sit, a dea tantum, eventus ejus auctore, potuisse declarari. Ad quæ respondeo, primum in aliis fabulis, quum Euripides non solum rem, quemadmodum gesta sit, narrare vult, sed etiam qua de causa et quo auctore gesta sit, explicare, semper post narrationem demum deum apparere, nusquam sola prædictione ejus, quod futurum sit, defungi, deinde pugnare hoc cum eo, quod Diana ipsa in versibus ab Æliano allatis dicit; dicit autem, *ἣν (ἔλαφον) σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν σφάζειν θυγατέρα.* Itaque secundum hos versus Græcos scire noluit, a se servatam Iphigeniam et cervam in ejus locum substitutam esse. Et in Iphigenia Taurica Orestes sororem revera immolatam esse Aulide credit. Igitur et illud abhorret a more Euripidis, deum ali-

quem ea, quibus fabulæ ipsius exitus continetur, prædicentem inducere, quum semper narrari faciat, quæ extra scenam gesta sunt, nec ulla causa excogitari potest, cur in hac una fabula a consuetudine sua discesserit. Quocirca valde vereor, ne versus ab Æliano citati alius potius sint, quam Euripidis.[a]

Gravioris momenti est, quod ibidem Musgravius attulit.[b] Nulla enim fabula e superstitibus ab anapæstis incipit præter Æschyli Persas, Supplices, Myrmidones, et, quod docuit Blomfield Præf. Persarum p. xiii, Prometheum λυόμενον; et in his quidem chorus prologum agit. Sophoclis et Euripidis fabulæ omnes ab iambis incipiunt. Una Iphigenia Aulidensis et ab anapæstis incipit et hoc metri genere, non ut Æschylus fecit, item auctor Rhesi, chorum utentem inducit, sed personas inter se colloquentes. Non minus contra morem Euripidis v. 49. ab

[a] Egregie hæc contra Musgravium et Porsonum disputavit Matthiæ rectissimeque monuit versus illos ab Æliano citatos in prologo genuinæ fabulæ Euripidis non magis potuisse locum habere quam post carmen chori v. 1531. Quod tamen non impedit quominus orationem istam Dianæ alterutro loco lectam fuisse credamus in exemplari fabulæ quo usus est Ælianus: ut illud tantum quærendum relinquatur utri loco adsuta fuerit oratio illa, de quo facile intelligitur in omne ævum disceptari posse, quum et brevius sit fragmentum ab Æliano appositum quam ex quo totius orationis argumentum et compositio æstimari possit nec sciamus qui et qualis fuerit poeta a quo scripta est. Quod si prologi pars illa est, duos hæc fabula habebit prologos, spurium utrumque, alterum hunc ex tribus versibus cognitum, alterum qui integer superest loco perinepto insertus post v. 48. comparandumque erit Rhesi exemplum, quam fabulam ipsam quoque duobus fuisse prologis sive ab histrionibus sive ab recentioribus quibusdam poetis auctam scriptor argumenti Græci annotavit. Idque non diffiteor mihi satis probabile videri. Nam quibus Matthiæ utitur argumentis ut versus illos alienos ab prologo esse ostendat, gravissima sunt de Euripide, nullam vero vim habent, si Dianæ oratio ab recentiore poeta composita est, qui quum prologi hoc esse putaret ut argumentum fabulæ exponeretur, facile potuit justo longius procedere non exordio solum præparando, sed exitum quoque fabulæ exponendo. Non negem tamen altero quoque loco (post v. 1531.) addi Dianæ orationem potuisse a poeta artis tragicæ ignaro nec sentiente quam inepta hæc sit tragœdiæ non tam concludendæ quam interpellandæ et abrumpendæ ratio: quam si Euripides ad finem perduxisset, vix dubitari potest quin post nuncii demum narrationem de cerva Iphigeniæ substituta deam ex machina fuisset producturus, quæ Agamemnoni Clytæmnestræque et explicaret miraculum illud et consolaretur parentes exponendis quos Iphigeniæ in posterum tributura esset honoribus. G. DINDORF.

[b] Non gravioris, sed potius nullius momenti hoc de anapæstis argumentum est. Nam ex paucis quorum ad nos notitia pervenit Æschyli Euripidisque exemplis hoc unum colligi potest, rarius ab anapæstis incepisse tragœdias. Versus Euripidis Andromedæ anapæsticos, quibus Aristophanes utitur Thesm. 1065. omissis, ut videtur, quibusdam tragici verbis, ex εἰσβολῇ τοῦ προλόγου sumptos esse annotavit scholiasta. G. D.

anapæstis ad iambos, ab his v. 115. denuo ad anapæstos transitur. Quo accedit, quod v. 49—110. narrationem continent plane talem, qualem Euripides alias in prologis persequitur, si ab eo recedas, quod in extremis ad senem convertit orationem. Majorem etiam dubitationem versus 115—161. habent. Primum enim, quod in iis Agamemnon, quæ in epistola scripserat, seni verbis aperit, in eo mihi satis manifesta indicia imitationis similis loci Iphig. Taur. 743 sqq. deprehendere videor. Simillimi sunt etiam versus, quibus ad argumentum epistolæ exponendum in utraque fabula transitur: Iph. Aul. 112. *ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς Λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα.* Iph. T. 743. *τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς Λόγῳ φράσω σοι πάντ' ἀναγγεῖλαι φίλοις.* Sed quamvis similia sint illa loca, eo tamen differunt, quod in altero Iphig. Taur. idoneam causam habet Iphig. cur Pyladi argumentum epistolæ Argos perferendæ exponat, in hoc loco nulla ejusmodi causa aderat: nam epistola deprehensa ipse etiam nuntius ab itinere peragendo prohibetur, nec quidquam prodest, quod animo tenet, quæ litteris mandata erant. Deinde, quod recte vidit Bremius, quum Agamemnon v. 99. dixisset, Iphigeniæ cum Achille conjugium ad fallendam Clytæmnestram fingi, et quas illa credat esse, non esse veras nuptias, nec præter se, Calchantem, Menelaum quemquam de ea re quidquam scire, quomodo senex v. 124. dubitare potest, quomodo Achilles denegatum conjugium laturus sit? Absurdum etiam senem v. 153. quærere, quomodo orationi suæ fidem conciliet apud Clytæmnestram, quasi vero verbis tantum exsequi mandata debeat, ac non epistolam Clytæmnestræ reddendam ferat, quam habens de fide sibi habenda laborare non poterat.[c]

[c] Prologi versus 49—114. etsi narrationem continent qualem ab Euripide in aliarum fabularum prologis exponi videmus, tamen oratione scripti sunt minus quam qua Euripides in prologis uti solet poetica, ne quid de vocabulis quibusdam locutionibusque dicam non Euripideis. Satis antiquus tamen adeoque Athenis scriptus hic prologus erit habendus, nisi falsa specie nos ludat locus Aristotelis Rhetor. 3, 11. quem integrum apponi operæ pretium est, *λέγω δὴ πρὸ ὀμμάτων ταῦτα ποιεῖν ὅσα ἐνεργοῦντα σημαίνει. οἷον τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγωνον μεταφορά· ἄμφω γὰρ τέλεια, ἀλλ' οὐ σημαίνει ἐνέργειαν. ἀλλὰ τὸ "ἀνθοῦσαν ἔχοντος τὴν ἀκμὴν" ἐνέργεια, καὶ τὸ "σὲ δ' ὥσπερ ἄφετον" ἐνέργεια, καὶ "τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ᾄξαντες ποσίν" τὸ ᾄξαντες* (*ἐξαΐξαντες* duo codd. Bekkeri) *ἐνέργεια καὶ μεταφορά.* Sic hæc nunc leguntur ex felici conjectura veteris cujusdam editoris, qui forte meminisset versus Euripidei 80. *τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες ᾄξαντες*

Hæc igitur talia sunt, ut initium certe fabulæ longe aliter ab ipso Euripide constitutum fuisse, quam ut nunc legitur, dubitare vix liceat. Quæ præterea afferuntur ad duplicem fabulæ recensionem demonstrandam pertinentia, non magnam vim habent. Parodum chori v. 162—291. non esse Euripidis, sed aliquanto recentioris poetæ, affirmat Hermann. elem. doctr. metr. p. 547. cf. p. 725. quibus argumentis adductus, non addidit. Hesychii glossam *ἄθραυστα, ἀπρόσκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι* commemorat Musgrav. Ea enim vox in nostra Iphigenia non legitur. Sed quamvis Hemsterhusii hanc vocem v. 57. pro *ἄριστα* reponentis sententiæ accedas, quæ mihi quidem parum probabilis videtur, hoc tantum efficias, vocem exquisitiorem grammatici alicujus vel librarii mala sedulitate expulsam esse a voce notiore, non propter unam vocem de duplici recensione totius fabulæ cogitandum esse. Aliud argumentum, e schol. Aristoph. Ran. 1344. 45. petitum, optime elevavit Bremius p. 146. In quo hoc maxime miror, quod, quum in loco Aristophanis centonem esse e diversis Euripidis locis consutum ipse scholiastes dicat (*ἐξ ἄλλων δὲ καὶ ἄλλων Εὐριπίδου δραμάτων κόμματα τίθησιν, καὶ οὐδὲν κατὰ τὸ ἑξῆς λέγει μέλος*) Boeckhius tamen p. 219. quatuor integros versus, paucis perversis, comicum ab Euripide mutuatum esse censet, in quibus est etiam *στωμύλλετε*, quæ vox non nisi a comicis usurpatur. vid. Bremi l. c. Mihi Aristophanes non tam singula Euripidis vocabula risisse, quam morem illum poetæ, in chori canticis ea admiscendi, quæ ad propositam rem nihil faciunt, ut alcyonum querelas, perstrinxisse videtur, et errasse scholiastes, qui, quum scribere deberet *Ἔστι δὲ τὸ παρεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Ταύροις*, scripserit *τῆς ἐν*

δορί. Longe aliter libri scripti, quorum unus Bekkeri (et Victoriani) *τοὐλεύθερον*, duo alii *τοὐλεύθερον δ'*, quartus (e librarii, ut videtur, conjectura) *τὸ ἐλευθέροις δ'*, editio Aldina *τὸ ἐλευθέριοι*. Postremos prologi versus (112. et seqq.) e loco simili Iphigeniæ Tauricæ esse adumbratos recte judicavit Matthiæ, neque 115. et 116, in quibus mirus accidit vocabuli *σύντονα* usus, sunt Euripidei. Sed de v. 117—163. qui colorem Euripideum omni ex parte referunt, non erat quod dubitaret Matthiæ. Itaque sic statuendum esse censemus, Euripidem duas elaboratas quidem, sed non coagmentatas, reliquisse exordii partes, alteram v. 1—48. complexam, alteram 117—163. quæ ut inter se cohærerent, ab alio poeta, sive is Euripides minor sive alius fuit, inserti sunt v. 49—116. Eidem poetæ fortasse tribuendæ sunt interpolationes parodi, cujus paucos tantum versus illos, de quibus diximus in annotatione ad v. 164, absolvisse videtur Euripides. G. D.

Αὐλίδι. Nam alcyonum commemorationem ad Iphig. Taur. v. 1058. referendam esse cum Berglero existimo. Omnium autem levissima mihi quidem esse videntur, quæ Boeckhius a pag. 276, Valckenærii exemplum secutus, e singulis vocibus et diversis lectionibus petiit argumenta.——.[d] Denique, ut duplicem fuisse Iphigeniæ Aul. recensionem fuisse demonstret, hoc etiam argumento utitur Boeckh. p. 221. quod, quum ista fabula necessario ante Tauricam docta esse debeat, quippe in qua loci reperiantur respectu Aulidensis compositi, ut ante et scriptæ et actæ, Taurica vero ante Ranas Aristophanis, i. e. ante Ol. 93, 3. acta sit, ut ex eo apparere, quod in Ranis v. 1232. exordium Tauricæ perstringatur, Aulidensis tamen post mortem Euripidis, i. e. post Ol. 93, 2. acta esse diserte a schol. Aristoph. Ran. 67. narretur una cum Alcmæone et Bacchis. Loci Tauricæ, quos respectu Aulidensis compositos esse dicit Boeckh., sunt v. 208—217. 230—235. quibus respici opinatur Iph. Aulid. v. 607—632. quorum locorum quæ similitudo sit, nisi in eo posita, quod utroque loco Iphigenia curru Aulidem advecta et Achilli destinata, Orestes autem tener adhuc et matris ulnis foveri dicatur, non video. Quasi vero hoc in Taurica dicere non potuisset Euripides, quippe e fama populari acceptum, nisi antea idem in Aulidensi dixisset![e] Minor vero etiam similitudo intercedit inter locum Tauricæ v. 361—377. et Aulidensis v. 1211—1252. In utroque quidem Iphigenia precata esse dicitur patrem, ne se immolandam abduceret, et in utroque et mentum et genua patris amplectitur. At in Tauricæ loco Clytæmnestra et Orestes Argis remansisse, dum Aulide immolatur Iphigenia, finguntur, ut rem narrat etiam Hygin. fab. 98, in Aulidensi ipsa mater eam Aulidem adduxisse: in illa ἱερεὺς ἦν ὁ γεννήσας πατήρ, quod ab Agamemnonis ingenio, quale in Aulidensi exhibetur, toto cœlo abhorret. Haud dubium est, inquit Boeckhius p. 223, quin Aulidensis docta sit ante Tauricam, ut ante est scripta, ante animo concepta; hoc nisi esset, Euripides contra naturam docuisset, scripsisset, cogitasset. Num igitur Bacchæ etiam

d Omisi quæ de singulis quibusdam locis addidit Matthiæ, quum hodie melius cognita codicum editionisque Aldinæ ratione non opus videatur pluribus de hoc genere dici. G. D.

e Accedit ad hæc quod versus Iphigeniæ Aulidensis 607—632. ne scripti quidem ab Euripide sunt. G. D.

ante Phœnissas actæ, Phœnissæ ante Supplices, Hecuba et Troades ante Andromachen, Hercules furens ante Heraclidas? Non magis, Iphigeniam Aulidensem ante Andromachen, i. e. a. Ol. 90, ½[f] doctam esse, ex eo confici licet, quod Androm. v. 625. Menelaus fratrem jussisse filiam immolare dicitur, quæ partes in Aulidensi tribuuntur Menelao: nam hoc quoque e vulgari opinione arripere poterat Euripides, vel suo jure fingere, quia eum, cujus præcipue res agebatur, consentaneum etiam erat, omnia tentare, ut consilium suum perficeret. Itaque quum nullo valido argumento probatum sit, Iphigeniam Aulidensem ante Aristophanis Ranas actam esse, illud maneat in causa, quod scholiastes Arist. Ran. docuit ad v. 67. *οὕτω δὲ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου, τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* E quo loco ne quis novum argumentum duplicis recensionis petat, monendum est, eodem jure ex eo confici posse, Baccharum quoque duplicem recensionem fuisse, quamquam hoc quoque demonstrandum suscepit Boeckh. p. 297 sqq. Auctor argumenti Soph. Œd. Col. *Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν*, etc. Num ex hoc loco Œdipi quoque Colonei duplicem recensionem fuisse existimabimus? Adde Suidam v. *Εὐφορίων, ὃς τοῖς τοῦ πατρὸς Αἰσχύλου οἷς μήπω ἦν ἐπιδειξάμενος, τετράκις ἐνίκησεν.* E quo loco non video, quo jure effici possit, *correctas* patris fabulas in scenam adduxisse Euphorionem; quamquam verum esse potest, quod Quintil. narrat 10, 1, 66. sed unus Quintilianus.

Præterquam vero, quod, ut supra demonstratum est, initium fabulæ nunc non ejusmodi est, quale a vero auctore institutum erat, multa in ea fabula sunt, quæ eam pluribus locis interpolatam et mutilatam esse arguant. Primum, si versus ab Æliano servati ex Iphigenia Aulidensi desumti sunt, ejus fabulæ, ut jam demonstravimus, longe alia esse debuit descriptio et *οἰκονομία*, quam nostræ. Deinde extrema fabulæ ab aliena manu, eaque hominis imperiti et insulsi, addita esse, ad v. 1532 sqq. accuratius demonstrare conatus sum. Tum vss. 627—637. quam suspecti sint, ad illum locum exposui, nec

[f] Sequitur Matthiæ de tempore Andromachæ opinionem Petiti, de qua diximus ad versum illius fabulæ 733. G. D.

minus recte de vss. 508—510. dubitatur. Hæc autem additamenta mihi quidem a diversis auctoribus profecta esse videntur. Versus quidem quadraginta octo primi ita elegantes sunt, ut eos, si non ab Euripide, ab æquali certe et egregio poeta scriptos esse existimem. Sed aliam manum prodere videntur vss. 115—163. nisi quod in his quoque elegantia nonnulla insunt, ut v. 155—163.[g] Non diversi sunt coloris, quæ post v. 507. inserta leguntur. Non mali sunt vss. 623—626, si eos per se spectes; sed qui sequuntur, admodum insulsi, longe vero insulsissimi ii, qui post v. 1558. accesserunt. Præterea lacunas deprehendisse mihi videor: ipsi illi versus 623—626. in locum aliorum ad explendam lacunam substituti esse videntur, maxime vss. 1559 sqq. Etiam post v. 947.[h] et 1179. quædam deesse suspicor, ut in notis monui. Hæc omnia reputanti non absurda esse conjectura videbitur suspicantis, hanc fabulam, quæ non vivo Euripide, sed post ejus mortem demum acta sit, ab auctore imperfectam et inchoatam relictam esse, ita ut nonnulla quidem cum cura elaborata essent, alia vero secundis curis relicta,[i] nonnulla etiam fortasse bis diverso modo scripta, quæ deinde auctor retractans ea eligeret, quæ maxime probaret; quæ reperiri poterant, ea deinde ab Euripide minore ita coagmentata esse, ut justa fabula agi posset; quum vero vestigia inessent operæ non absolutæ, quæ deesse viderentur, aliter ab aliis expleta esse. MATTHIÆ. Ad interpolationes a Matthiæo notatas accedunt versus spurii postmodum partim ab aliis partim a nobis ipsis notati, 171—184. 192—302. 364. 414—441. 466. 500—503. 528—544. 574—626. 638. 639. 652—655. 664. 665. 668. 669. 773—800. 942—974. 995. 1017—1024. 1162. 1163. 1178—1208. 1264—1275. 1409—1433. Sublatis igitur his recentiorum scriptorum additamentis quum non solum partium quarundam cohærentia tollatur nonnullaque paucioribus quam mos tragicorum fert versibus absolvantur, sed etiam justo exitu fabula destituatur, duas hujus rei explicandæ vias cogitari posse pa-

g Recte sentire Matthiæum de versibus 115. 116, secus de v. 117—163. supra monuimus. G. D.

h De hoc loco fallitur Matthiæ, quum non animadverterit spurios esse versus 942—974. Idem de altero loco dictum esto, in quo spurii sunt versus 1178—1208. G. D.

i Conf. annotationem nostram ad v. 1080. G. D.

tet. Nam aut imperfectam hanc tragœdiam reliquit Euripides, aut, si absoluta ab eo fuit, breviori longiorive post mortem poetæ tempore fortunæ quodam ludibrio satis mirabili ita est defecta ut postrema folia plane perderentur, ex pluribus autem mediæ fabulæ partibus ea solum exciderent quibus ad conjungendas quasdam tragœdiæ scenas opus esset, integri vero remanerent singularum quarumque personarum sermones. Quæ facile intelligitur quam sint parum verisimilia, quum præsertim interpolationes quasdam, velut v. 49—116. et quæ primis parodi strophis sunt adjecta, ea esse ætate factas manifestum sit qua incredibile est tantam fuisse codicum penuriam ut damnum fortuita unius exemplaris jactura partum aliunde resarciri non potuerit, partesque in uno illo libro omissæ ita perierint ut ne vestigium quidem ullum usquam relinqueretur: nisi quis Æliani versibus illis uti velit, de quibus supra diximus, aut hariolationi cuidam grammaticorum fidem habere, quam scholiasta Aristoph. Ranar. 1447.[k] exponit. Quæ quum ita sint, nobis altera expediendæ difficultatis ratio potior videtur, ut imperfectam hanc tragœdiam ab Euripide relictam, ab recentioribus autem quibusdam poetis aliis aliter interpolatam esse censeamus: quemadmodum Schilleri, poetæ nostratis, tragœdia Demetrii nomine inscripta, quum interrupta poetæ morte esset, postmodum ab aliis est continuata et interpolata. Hanc opinionem genuina fabulæ fragmenta ita ex omni parte commendant, ut ne minimam quidem dubitationem esset habitura, nisi scholiasta Aristophanis quodammodo obstare videretur, qui ad Ran. v. 67. actam in scena fabulam post mortem auctoris tradit: *Τοιουτοσὶ τοίνυν με δαρδάπτει πόθος Εὐριπίδου καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηκότος. οὕτω δὲ καὶ αἱ διδασκαλίαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ἄστει Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Αὐλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας.* de quibus verissime judicasse videtur L. Dindorfius in annotatione ad v. 425. " Duabus hæc rationibus expediri poterunt. Aut

[k] *βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα: Ἀρίσταρχός φησιν ἀδεσπότως τοῦτο προφέρεσθαι, ὡς Εὐριπίδου πεποιηκότος κυβεύοντας ἐν τῷ Τηλέφῳ, οὓς καὶ περιεῖλε. μήποτ' οὖν ἐκεῖθεν ἦν. μᾶλλον δὲ ἐσχεδιακὼς ἂν εἴη Ἀριστοφάνης· οὐδὲ γὰρ τὸν Εὐριπίδην τοῦτο προφερόμενον, ἀλλὰ τὸν Διόνυσον χλευάζοντα. τινὲς δὲ, ὅτι ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἦν ὁ τόπος, οἱ δὲ ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. ἐμφαίνει δὲ καὶ Εὔπολις τοῦτο εἰδώς· " ἀποφθαρεὶς δὲ δύο κύβω καὶ τέτταρα."* Comparanda cum his similis dubitatio de versu quodam Æschyli an Archilochi in iisdem scholiis ad v. 704. et Timachidæ Asclepiadisque de v. 1301.

supplementa illa quibus tragœdiam a patre non perfectam, sed adumbratam tantum, scenæ aptam filius reddiderat, exciderunt vel omnia vel ex parte in exemplaribus nostris, et alia in eorum locum ab ineptissimis hominibus supposita sunt: quod mirificum plane et incredibile videtur: aut erravit scholiasta, vel qui eum descripserunt librarii, in nomine fabulæ, quam Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Ταύροις dicere debuerat. Quod vitium Iphigeniæ Aulidensis pro Taurica nominatæ in eodem Ranarum scholiasta redit ad v. 1309. a Berglero notatum." Facilius etiam explicari potest error scholiastæ, si in didascaliis solum notatum fuit nomen "Ἰφιγένεια," quemadmodum Alcmæonis quoque nomen non addito τὸν διὰ Κορίνθου positum est: de qua ratione dixi in annotationibus ad Sophoclem p. 277. Quod si recte hæc disputavimus, non improbabile videbitur trilogiam illam, quæ Iphigeniam (Tauricam), Alcmæonem (τὸν διὰ Κορίνθου) et Bacchas est complexa, Dionysiis urbanis, i. e. mense Elaphebolione, olymp. 93, 3. archonte Callia ab Euripide filio in scenam esse productam aliquot post patris obitum, duobus autem post Ranas Aristophanis mensibus, quæ fabula Lenæis, i. e. mense Gamelione, ejusdem anni edita est. Quo tempore quum Iphigeniæ Tauricæ exemplaria jam in manibus versarentur histrionum, non est mirandum aliquot hujus fabulæ versibus Aristophanem uti potuisse in Ranis: quam libertatem interdum sibi sumsisse comicos veterum grammaticorum testimoniis constat. Hæc igitur etsi nobis probabilia videntur, tamen non contendimus extra dubitationem posita esse. Est enim hæc quæstio ejusmodi ut facile quidem sit genuinas fabulæ hujus partes ab spuriis discernere, quæ autem caussa et origo harum interpolationum exstiterit non videatur ad liquidum perduci posse, nisi insperata alicunde lux affulserit.

Indici personarum eximatur ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ ejusque in locum ponatur, qui inferius memoratur, ΘΕΡΑΠΩΝ. Eandem enim utramque personam esse apparet ex prima scena fabulæ comparata cum versibus 855. et seqq.

1. δόμων τῶνδε] τῶνδε δόμων Flor. 1. 2

2. ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ] Corrigendum ΘΕΡΑΠΩΝ hic et infra. Πρεσβύτης librarii posuerunt propter prima fabulæ verba ὦ πρέσβυ.

στείχω] πρέσβυτα στεῖχω Flor. 1. 2.

4. τοι Barnesius. τὸ libri: quod om. Flor. 1.

ἄϋπνον] Intelligendum ἐστὶ, quod interpunctione sua clarum fecit Aldus, qui comma post ἄϋπνον posuit.

5. καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν] ὀξὺ, acre, impigrum. Senectam impigram insidere oculis suis et quasi in illis excubare dicit. BOTH. Homer. Il. K, 92. ἐπεὶ οὔ μοι ἐπ' ὄμμασι νήδυμος ὕπνος ἱζάνει.

7. Σείριος ἐγγὺς—Πλειάδος] Recte reprehendit Scaliger in Proleg. ad Manilium p. 5. quod Sirius prope Pleiadas esse dicitur. Sed videtur Euripides non tam astronomicas rationes secutus esse, quam eas stellas cum delectu posuisse, quæ et splendidissimæ essent et notissimæ, quippe ad tempestatum vicissitudines plurimum momenti habentes. Similiter Scaliger post locum Eurip. addit: *Hæc ergo fuit rudiorum illorum rudior astrologia.* MATTH. Cum his conf. quæ Harius dixit in *the Philological Museum* vol. 1. p. 23—25.

τῆς ἑπταπόρου] Hoc epitheton Pleiasin tribuitur etiam ab Eurip. Or. 1002. POR.

8. ἔτι μεσσήρης] His verbis inest significatio importuni temporis, quo Agamemnon per castra vagetur. MATTH.

10. Notandum σιγαὶ numero plurali dictum.

11. ἔχουσιν] ἔχουσι Flor. 1. 2.

15. τῇδε] τήνδε Blomfieldus. Non opus.

16. στείχωμεν ἔσω codices. στείχομεν εἴσω Ald.

16—20. ζηλῶ—ἧσσον ζηλῶ] Ad hos versus respicit Cicero Tusc. 3, 24, 1. et omisso postremo versu affert Plut. Mor. p. 471 C.

20. ἧσσον ζηλῶ] ἧσσον ἐπαινῶ Stobæus 58, 2. memoriæ errore. Nam hoc legitur Hippol. 264.

22. τὸ καλὸν] τὸ om. Flor. 1.

23. τά τε φιλότιμον ex Marklandi conjectura legitur. Libri καὶ τὸ φιλότιμον. Quæ verba glossema esse ad τοῦτο τὸ καλὸν adscripta recte animadvertit Bothius.

γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον] Hunc locum imitatur Macho apud Athen. 6. p. 244 A. a Porsono indicatus.

28. ἀριστέως Stobæus 105, 6. Libri ἀριστέος.

29—31. affert Plut. Mor. p. 33 E. 29—33. p. 103 B.

33. βουλόμεν' ἔσται] νενόμισται Stobæus.

39. πεύκην] Vid. ad Hippol. 1253.

42. Alterum τί πονεῖς om. Flor. 1.

43. περί σοι P. Stephanus. περὶ σοὶ Ald.

45. δ' om. Flor. 1. 2.

47. πέμπεν] Scribendum πέμπει cum Porsono. Hermanno corrigendum videbatur πέμπειν—δικαιοῖ.

φερνὴν] Conf. v. 869. Ex eodem loco facile explicari potest cur dignum comitem sponsæ missum se esse dicat senex.

49—114. Prologus a poeta recentiore loco perinepto insertus: de quo vide quæ in prooemio diximus.

ἂν
54. μὴ] ἂν μὴ Flor. 1. μὴ Flor. 2.

56. τῆς om. Flor. 1.

τύχης θ'] Deleatur θ', quod ex editione Matthiæ remansit, qui a Marklando accepit.

57. ἄριστα] Non satis probabilis conjectura Hemsterhusii est, cui ex hoc loco sumpta videbatur glossa Hesychii, **ἄθραυστα**: ἀπρόσκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. Nam longe aptius huic loco ἄριστα est quam ἄθραυστα. Itaque in nomine fabulæ peccatum videtur.

62. συναμυνεῖν Heathius. Libri συναμύνειν.

63. ἀπωθοίη codices. ἀπώσασθαι Ald.

64. κἀπιστρατεύσειν Marklandus. Libri κἀπιστρατεύειν.

κατασκάψειν Par. B.C. Flor. 1. 2. Vulgo κατασκάπτειν.

68. δίδωσ' Marklandus. Libri δίδωσιν. Parum probabiliter Elmsleius in *Edinburgh Review* vol. 17. p. 494. **διδοὺς**, ut apodosis ab illis verbis incipiat ἡ δ' εἵλεθ'—.

69. ὅτου πνοαὶ—'Αφροδίτης nihil aliud est quam *cujus amor*. HERM.

72. κρίνας—ἀνθρώπων] κρίνων—'Αργείων Clem. Al. Pædag. 3, 2. qui hæc usque ad Μενέλαον v. 77. affert. In Hom. Il. I, 124. pro 'Αργείοισιν habet ἀνθρώποισιν Etymologus p. 21, 53. POR.

73. στολῇ] στολὴν codices Clementis.

77. Μενέλαον codices et Clemens. Μενέλαος Ald.

ὁ δὲ codices. οὖν Ald. in qua plena interpunctio est post λαβών.

μόνος correctoris Aldini inventum est. μόρῳ codices. Scribendum videtur δρόμῳ, quod proposuit Marklandus.

80. δορὶ] ποσὶν Aristoteles Rhet. 3, 11. si ejus verba ad hunc locum sunt referenda: de quo supra dixi p. 440. ἐλθόντες δορὶ ex Aristoph. Lys. 1151. comparat Porsonus.

83. ἅρμασίν τ' Reiskius. θ' ἅρμασιν codices. θ' ἅρμασίν γ' Ald.

84. στρατοῦ γ' ἄνακτα Jacobsius. Legebatur στρατηγεῖν κᾆτα.

89. κεχρημένοις Heathius. Libri κεχρημένος.

92. κατασκαφὰς Ald. κατασφαγὰς codices.

102. οὕνεκ' Barnesius et, ut videtur, codices. τοὔνεκ' Ald.

103. Φθίαν] Τροίαν Par. B.

105. ἀμφὶ Marklandus. Libri ἀντί.

109. εὐφρόνης] ἐφρόνης Flor. 1.: codices reliqui εὐφρόνην.

σκιάν omittunt codices: ut ex conjectura sua supplevisse videatur corrector Aldinus.

115. 116. post 118. leguntur in libris. Transposuit Reiskius. Scripti autem hi versus ab eodem poeta sunt qui præcedentem prologum composuit.

116. σύντονα] Pro σύμφωνα dictum contra morem veterum.

120. Aulin alam Eubœæ dicit, quia Chalcidi ponte juncta est, interjacente solum Euripo: de quo v. Strabon. 10. p. 445.

122. εἰς] Scrib. ἐς.

τάς om. Par. A. Flor. 1. 2. Non videtur de infinito tempore loqui Agamemno, ut εἰς τὰς ἄλλας ὥρας sit pro εἰς ἄλλας ὥρας, sed de certo tempore, et quidem de proximo anno. Eo sensu Aristoph. Thesm. 950. ἐκ τῶν ὡρῶν εἰς τὰς ὥρας. Nub. 562. ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὖ φρονεῖν δοκήσετε, *übers Jahr*. Formula autem εἰς ὥρας proximum annum vel potius proximum ver significari, imprimis patet e Plat. epist. 7. p. 346 C. καὶ μένε ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον· εἰς δὲ ὥρας ἄπιθι λαβὼν τὰ χρήματα ταῦτα. Cf. Casaub. ad Athen. 2. p. 112. (vol. 2. p. 371. Schweigh.) MATTH.

124. λέκτρων Scaliger. λέκτρ' libri.

ἀπλακὼν] Libri ἀμπλακών.

125. ἐπαρεῖ Reiskius. Legebatur ἐπαίρει.

130. ἐπεφήμισα Marklandus. ἐπέφησα libri.

132. ἐκδώσειν Marklandus. ἐνδώσειν libri.

134. ὃς τῷ Par. C. οὕτω Ald.

139. Ennii Iphigeniæ fragmentum ab Festo allatum s. v. *pedum* comparavit Scaliger, *procede: gradum proferre pedum, | nitere, cessas.*

140. σπεύδω] σπεύσω Par. B.

145. τις Marklandus. Libri τι.

146. τροχάλοισιν] τροχάλοις Par. A.

149. τάδε accessit ex Par. B.C. Flor. 1. 2.

ἐξόρμους ex L. Dindorfii editione relictum, qui hoc ex Hermanni conjectura posuit cum χαλινοὺς conjungendum. Libri ἐξόρμα. Quo servato Hermannus nunc totum hunc versum post 152. transposuit.

150. ἣν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς] Ineptum est γὰρ, pro quo δὲ dici debuit, etiam si præcedentem versum in locum inferiorem transponas. Neque ἀντήσῃς cum accusativo construi potuit. Denique mire dictum est πομπαῖς. Recte Boissonadius conjicere videtur nonnulla ante hunc versum excidisse. Quæ autem supersunt, fortasse sic sunt corrigenda ἣν γὰρ πομπαῖς ἀντήσῃς.

ἀντήσῃς codices. ἀντήσας Ald.

151. ἐξόρμα, σεῖε χαλινοὺς Blomfieldus. Legebatur ἐξορμάσεις τοὺς χαλινούς.

152. Κυκλώπων—θυμέλας] Mycenas, a Cyclopibus conditas.

156. τήνδε] Vulgo τῇδε, quod revocandum. In Par. B. et Flor. 2. τήνδε, supra scripto τῇδε.

161. εἰς] Scrib. ἐς.

164. ΧΟΡΟΣ.] Chorum non ex mulieribus nuptis, quas nihil caussæ erat cur introduceret poeta, sed ex virginibus esse compositum plus uno in loco manifeste prodidit Euripides: quod non videtur animadvertisse recentior poeta qui ἁμέτεροι πόσεις scripsit v. 176. Similem interpolatoris hallucinationem notabimus ad Iphig. Taur. 1071.

164—302. In longo hoc carmine chori quattuordecim tantum versus sunt qui poesin dictionemque referant Euripideam, similes Phœnissarum virginum parodo 202 seqq.: reliqua omnia ab recentiore poeta sunt adjecta, diligenter imitato quæ in catalogo navium tradidit Homerus. Quod de postrema carminis parte 231—302. animadvertit Hermannus. Quattuordecim autem illi quos dicebam versus hi sunt, in sex versus digerendi,

ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας,
Εὐρίπου διὰ χευμάτων κέλσασα στενόπορθμον
Χαλκίδα, πόλιν ἐμὰν, προλιποῦσ', ἀγχιάλων ὑδάτων τροφὸν
τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας.

quibus respondent,

πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος 'Αρτέμιδος ἤλυθον δρομένα,
φοινίσσουσα παρῇδ' ἐμὰν αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ,
ἀσπίδος ἔρυμα καὶ κλισίας ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλουσ'
ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι.

Inepte hæc interpellantur interpositis versibus 171—184. quibus anticipantur quæ infra demum et suo quidem loco dixit Euripides v. 189—191. Ceterum non puto Euripidem parodum paucis illis quos modo apposui versibus absolvere voluisse, sed plura additurum fuisse, si fabulam perfecisset.

171. κατιδοίμαν] Legebatur ἴδοιμ' ἄν. καὶ ἴδοιμ' ἄν Par. A.

173. ἡμιθέων] Scribendum ἡιθέων cum Marklando.
οὓς Scaliger. Libri ὡς, nisi quod καὶ Par. A.

180. ἔλαβεν] Scribendum ἔλαβε ex Flor. 1. 2.

184. ἔσχεν] ἔσχε Flor. 1. 2.

186. δρομένα Canterus. Libri δρωμέναν.

191. τ' ὄχλον Heathius. τ' post ὄχλον ponit Ald., omittunt codices.

193. Οἰλέως Elmsleius. Vulgo 'Οϊλέως.

194. τᾶς Σαλαμῖνος Elmsleius, præeunte Brodæo, qui τῆς Σαλαμῖνος scripserat. τοῖς Σαλαμῖνος Ald. τοῖς Σαλαμινίοις codices. Scribendum τοῖς Σαλαμίνοις: quæ adjectivi forma satis defenditur simillimo 'Ελευσῖνος, quod ipsum quoque librarii constanti errore in 'Ελευσίνιος mutarunt: de quo v. ad Suppl. 1. Σαλαμινοί vitioso accentu scriptum est in codice Hesychii s. v. ἐλθέμεν et κάδαμος, ubi Musurus Σαλαμίνιοι scripsit, quod consentiente codice, si quid ex Schowii silentio colligendum, legitur s. v. καδία, ὕγγεμος et ὕριγγα. Σαλαμηροί s. v. κάγρα. Mihi bis locis omnibus Σαλαμῖνοι restituendum videtur. In loco autem Euripidis τοῖς Σαλαμίνοις στέφανον eadem constructione dictum est qua idem poeta infra utitur v. 241. πρύμναις σῆμ' 'Αχιλλείου στρατοῦ.

196. Plurali numero inter duo nomina numeri singularis posito dixit ἡδομένους schemate usus quod Alcmanicum vocant grammatici. Nam verborum ordo hic est Πρωτεσίλαόν τε Παλαμήδεά τε—ἡδομένους.

201. Ἄρεως] Libri Ἄρεος, quod revocandum. Locutio est Homerica ὄζος Ἄρηος.

204. Νιρέα, κάλλιστον 'Αχαιῶν] Homer. Il. B, 673. 4. Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε, Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

209. Χείρων ἐξεπόνασεν] Hom. Il. Λ, 831. Ὃν (Ἀχιλλέα) Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων. Et Horatius Epod. 13. *Nobilis ut grandi cecinit Centaurus alumno*, etc. Quem locum Anglico quodam cantico haud incelebri expressum habemus. Ἐκπονεῖν autem ad verbum *elaboro* sonat, figurate *instruo* et *erudio*. BARN. Theocr. 13, 14. comparavit Jacobsius, ὡς αὐτῷ κατὰ θυμὸν ὁ παῖς πεπονάμενος εἴη.

211. Duo versus in Ald. quorum alter a δρόμον incipit.

215. ἑλίσσων] Pro ἑλισσόμενος. Musæus apud Clem. Al. p. 691 A. ἀνθρώπον γενεὴ καὶ φῦλον ἑλίσσει. MUSG. Eurip. Or. 1294. οὐχ ἕδρας ἀγών· | ἀλλ' αἱ μὲν ἐνθάδ', αἱ δ' ἐκεῖσ' ἑλίσσετε.

216. ἐβοᾶτ'] Scribebatur βοᾶτ'.

218. ἰδόμαν] Scribebatur εἰδόμαν.

219. στομίοισι corrector Aldinus posuit, ut versus esset hendecasyllabus. Codices στομίοις, quod restituendum esse, πώλους in versum proximum translato, animadvertit Hermannus.

223. σειροφόρους] Scribebatur σειραφόρους.

224. καμπαῖσι] καμπαῖς Flor. 1.

226. ποικιλοδέρμονας H. Stephanus. ποικιλλοδέρμονας libri.

229. Πηλείδας] Πηλεΐδας Elmsleius nimia diligentia.

ὅπλοισι L. Dindorfius. ὅπλοις libri.

παρ'] ἐπ' Par. A.

231—302. Versus hos spurios jam ab Hermanno esse notatos supra diximus ad v. 164.

233. γυναικεῖον] Scribebatur γυναικείαν. Correxit Boeckhius in libro de metris Pindari.

234. μείλινον ἀδονάν] Id est ὅ, τὸ πλῆσαι ὄμματα θέᾳ, μείλινος ἀδονά ἐστι, ut jam accepit Elmsleius ad Herc. fur. 59. in diario classico fasc. 15. p. 207. μείλιχον conjecit Marklandus. MATTH. Accusativum recte interpretatur Elmsleius: sed corruptum est μείλινον, cujus nulla dum inventa est probabilis emendatio.

235. Duo versus in Ald. quorum prior καὶ κέρας μὲν ἦν. eodemque modo infra v. 246. 256. 269. Quod præstat.

236. Μυρμιδόνων] Probabilis Hermanni est conjectura Μυρμιδὼν, quam certam dicerem, si Euripidis hi versus essent.

240. ἄκρα Piersonus Veris. p. 26. Libri ἄκραν.

242. ἰσήρετμοι] Hoc nihil aliud significat quam ἰσάριθμοι, quemadmodum infra v. 262. τοῖσδ' ἴσας dixit. Neque obstat

huic interpretationi Homerus, qui Argivorum sociorumque naves numeravit octoginta in catalogo v. 568.

244. ὁ Μηκιστέως—παῖς] Euryalus: vid. Hom. Il. B, 565.

246. Ἀτθίδος] Ἀτθίδας Dobræus, recte fortasse.

247. ἑξήκοντα] Quinquaginta apud Homerum Il. B, 546.

ναῦς Par. C. Flor. 1. 2. Vulgo νῆας.

ὁ Θησέως] Acamas vel Demophon.

250. Παλλάδ' ἐν μουνύχοις πτερωτοῖσιν ἅρμασιν] Palladem currui alato insistentem navium Atticarum insigne fuisse dicit. Monuit Musgravius, qui Pausaniam citat 8, 47.

252. τε] Scribendum τι cum Marklando, vel γε.

255. ἐστολισμένας Scaliger. Libri εὐστολισμένας.

260. ἄρχε male excusum pro ἆρχε hic et v. 279.

261. τ' Marklandus. Scribebatur δ'. Supplendum νῆας εἰδόμαν.

262. Λοκρῶν Heathius. Libri Λοκροῖς. Λοκρὰς Marklandus. Phocensium quadraginta fuisse naves totidemque Locrensium ab Homero traditum v. 524. 534.

263. ἦλθ' addidit Matthiæ.

Οἰλέως Matthiæ. Libri Ὀϊλέως, ut solent.

265. Κυκλωπίας] Κυκλωπείας Par. B. Flor. 1. 2.

267. ἠθροϊσμένους] Scribebatur ἠθροισμένους. De diæresi verbi ἀθροΐζω dixi ad Aristoph. Av. 253.

269. Ἄδραστος] Absurde Adrastus nominatur. Manifestum est fratrem hic memorari Agamemnonis Menelaum. Scribendum igitur ἀδελφὸς cum Marklando. De Menelao conf. Homer. v. 586.

275. Dicendum erat Νέστορος κατειδόμαν ναῦς, σῆμα ἐπὶ πρύμναις ἐχούσας, sed pro ναῦς σῆμα ἐχούσας brevius dixit σῆμα πρύμνης. MATTH.

276. τὸν addunt codices: om. Ald. correctoris ut videtur arbitrio, qui dimetrum iambicum esse voluit ὁρᾶν πάροικον Ἀλφεόν.

ταυρόπουν] Fluviorum imagines taurina specie factas esse, pervulgatum est. Videri possunt de eo Strabo p. 458 D. Ælianus Var. Hist. 2. c. 33. MUSG.

277—288. et 289—302. Horum versuum responsio antistrophica lacunis corruptelisque verborum ita est obscurata ut restitui in integrum ullo modo nequeat. Mihi quum non videatur operæ pretium esse, in tali præsertim poeta, improba-

biles aliorum conjecturas novis augere ingenii lusibus, satis habebo apposuisse quæ de singularum partium vitiis disputavit Hermannus.

277. *Αἰνιάνων*] Homerus Il. B, 748. horum duo et viginti naves numerat. Permire dictum esset *δώδεκα στόλοι νεῶν* de navibus duodecim, quod facilius quis de totidem classibus dictum crederet. At metrum ostendebat *νᾶες* scribendum esse: ex quo consequitur eas *δωδεκαστόλους* appellari, ut *μονόστολος* unam significat. Quoniam apud Homerum scriptum est, *τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί*, facile conjici potest hunc nostrum sic scripsisse,

> *Αἰνιάνων δὲ δωδεκάστολοι*
> *νᾶες ἦσαν [ἔκ τε Περ-*
> *ραιβίας,] ὧν ἄναξ*
> *Γουνεὺς ἆρχε.* HERM.

282. *Εὔρυτος—τὰς Ἐχίδνας λιπὼν νήσους*] Brodæus *Ἐχίνας* scribendum vidit. Cætera absurda sunt et inter se pugnantia. Non Eurytus, sed filius Euryti, neque is solus, sed tres simul alii erant, quos noster dicit, *Ἤλιδος δυνάστορες*. Homerus B, 618.

> *τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ' ἀνδρὶ ἑκάστῳ*
> *νῆες ἕποντο θοαὶ, πολέες δ' ἔμβαινον Ἐπειοί.*
> *τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἡγησάσθην,*
> *υἷες ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δ' ἄρ' Εὐρύτου Ἀκτορίωνος·*
> *τῶν δ' Ἀμαρυγκείδης ἦρχεν κρατερὸς Διώρης·*
> *τῶν δὲ τετάρτων ἦρχε Πολύξεινος θεοειδής,*
> *υἱὸς Ἀγασθένεος Αὐγηϊάδαο ἄνακτος.*

Sequuntur ibi statim quos Meges ducebat:

> *οἱ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων*
> *νήσων, αἳ ναίουσι πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα,*
> *τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Μέγης, ἀτάλαντος Ἄρηϊ,*
> *Φυλείδης, ὃν τίκτε Διῒ φίλος ἱππότα Φυλεύς.*

Hæc noster quoque et sequutus est et debuit sequi. Ac facile patet *ἦγεν ὧν* corruptum esse ex *ἡγεμών*. Inde librarius aliquis, quod verbum deesset, prægressum *ἄνασσε* iteravit. Lacunas vero etiam metra produnt. Eas pro hujus poetæ stilo non difficile est ad hunc modum explere:

> *Εὐρύτου δ' ἄνασσε τῶνδ'*
> *[ἔκγονος κλυτὸς,*
> *σὺν τρισὶν τέταρτος ὢν*

ταξιάρχοισι.] λευ-
κήρετμον δ' [ἔτασσ'] Ἄρη
Τάφιον ἡγεμὼν Μέγης,
Φυλέως λόχευμα,
τὰς Ἐχίνας λιπὼν [θοαῖς ναυσὶν]
νήσους ναυβάταις ἀπροσφόρους. HERM.

286. Ἐχινάδας Is. Vossius. Libri Ἐχῖνας.

289—293. Αἴας—ναυσίν] Hæc quoque majoribus quam metri vitiis affecta esse apertissimum est. Ne commemorem inepte positum πλάταισι, ea hic narrantur, quæ plane contraria sunt famæ ab Homero proditæ, eique tali, ut eam mutare nullo modo licuerit. Prædicantur enim de Ajace, quæ in Ulixem cadunt, eaque sic ut ipsa inter se pugnent. Nam quomodo idem et conjungere utrumque cornu et stare in extremo sinistro potuit? Nam in dextro stationem fuisse Achillis supra dixerat v. 235. Ulixes is erat, qui quod medium locum teneret, conjungere cornua dicendus erat: in eumdemque etiam illud quadrat τῶν ἄσσον ὥρμει πλάταις, quum Homerus quoque, ubi Dulichii et Echinadum copias enumeravit, statim addat: αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους. De cujus statione iisque qui in cornubus erant, celebratissimi versus sunt Il. Θ, 222.

στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ,
ἥ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε,
ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίην Τελαμωνιάδαο,
ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος, τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐΐσας
εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν.

Ex his facile intelligitur versum, quo Ajacis mentio fit, loco suo motum esse; idque metra confirmant; quæ autem de conjungendis cornubus dicuntur, ad Ulixem spectare, cujus nullam hoc carmen, uti in libris legitur, habet memoriam. Itaque lacera fragmenta licebit sic integrare:

[Λαρτίου παῖς δὲ] δεξιῷ κέρας
λαιὸν [ὃς] ξυνᾶγε, τῶν
ἄσσον ὥρμει πλάταις·
Αἴας θ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
ἐσχάταισι συμπλέκων
δώδεκ' εὐστροφωτάταισι ναυσίν. HERM.

290. λαιῷ ξύναγε δεξιὸν κέρας] Hoc ex L. Dindorfii editione

relictum. Libri vitiose δεξιὸν κέρας πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε; quod revocandum.

291. πλάταις] Libri πλάταισιν: quod revocandum.

296. προσαρμόσει codices. προσαρμόσοι Ald.

299. ἔνθα δάϊον ex Matthiæ editione relictum, qui hoc ex Scaligeri conjectura posuit. Libri ἔνθα δ' (ἐνθάδ' Victorius) ἄϊον. Scribendum cum Hermanno ἐνθάδ' οἷον.

301. τὰ δὲ Is. Vossius. Libri τάδε. Perinepta autem metri forma est τὰ δὲ κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου. Manifestum est idem hujus versus metrum esse debere quo supra aliquoties hic poeta usus est v. 233. 244. 253. 265.

⏖ ⏑ – | ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ –

ex quo sequitur corruptum esse συγκλήτου. Id fortasse erunt qui ex σύγκλυδος corruptum credent. Quod quum mihi non satis aptum huic loco vocabulum videatur, corrigendum puto συλλόγου. Sic σύλλογος στρατεύματος v. 514. et 1545.

304. λίαν codices. λίαν γε Ald.

306. πράσσοις] πράσσεις Flor. 1.

307. οὐ χρῆν] ἐχρῆν Flor. 1.

ἔφερον vel φέρον codices. φέρω Ald.

308. δεῖ πᾶσιν] Non male Elmsleius γ' ἅπασιν.

309. ἄλλοις Marklandus. Libri ἄλλως. Agamemnonem intelligit.

ἁμιλλῶ codices. ἁμιλλᾷ Ald.

310. οὐκ ἂν μεθείμην] οὐκ ἂν μεθείην Soph. Phil. 1337. loco simili et noster Alc. 1111. MARK.

317. In Flor. 2. supra τίς scriptum ἀρχή, supra ἀκοσμία autem τέλος. Quo librarius indicat ἔα extra versum esse.

ποτ' grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 369, 8. Libri δῆτ'.

πύλαισι] πύλαις Par. C. Flor. 1. 2. θύραισι grammaticus Bekkeri.

318. Hic versus Menelao tribuendus cum Hermanno.

319. ἐς] Scribendum εἰς.

324. δείξω γε Δαναοῖς πᾶσι codices. δείξω Δαναοῖς ἅπασι Ald.

333. ἐκκεκόμψευσαι πονηρόν· γλῶσσ' ex Matthiæ editione est. Libri ἐκκεκόμψευσαι· πονηρὸν γλῶσσ'—. Scribendum εὖ κεκόμψευσαι· πονηρὸν γλῶσσ'— cum Ruhnkenio ad Tim. p. 154.

ἐπίφθονον] Scribendum ἐπὶ φθόνον cum Musgravio. *Malum est*, inquit, *lingua ad invidiam excitandam callida.*

336. οὔτε κατατενῶ λίαν ἐγώ] Legebatur οὔτοι καταινῶ λίαν

σ' (σ' om. Par. A.B. et, ut suspicor, Flor. 1. 2.) ἐγώ. οὔτε restituit Hermannus, κατατενῶ Boeckhius in indice lectionum Berolin. a. 1823. collato præter alia Hec. v. 132. σπουδαὶ δὲ λόγων κατατεινομένων ἦσαν ἴσαι πως.

339. ἦσθ' ἁπάσης] Libri ἧς ἁπάσης. Scribendum cum Marklando ἦσθα πάσης.

345. κλῄθρων codices. κλείθρων Ald.

349. σε Par. C. Flor. 1. 2. σοι Ald. Pronomen om. Par. A. εὗρον (debebat ηὗρον) Reiskius. Libri εὕρω.

350. ἦλθες] ἦλθεν Flor. 1. 2.

χὠ] καὶ ὁ Flor. 1. 2.

354. δ' om. Flor. 1.

ὄμμα codices. ὄνομα Ald.

355. Πριάμου τε] τὸ Πριάμου Elmsleius in *Edinburgh Review* vol. 19. p. 71. "*meministine, quam infelix fueris, quod exercitum in Trojam trajicere non posses, quamvis mille navibus imperans?*" ut interpretatur Matthiæ. Quæ Latina paullo meliora sunt Græcis, quæ multo rectius procederent deletis duobus versibus inutilibus, uno autem transposito:

ὡς δ' ἐς Αὖλιν ἦλθες αὖθις χὡ Πανελλήνων στρατὸς,
οὐρίας πομπῆς σπανίζων, Δαναΐδαι δ' ἀφιέναι
ναῦς διήγγελλον, μάτην δὲ μὴ πονεῖν ἐν Αὐλίδι,
οὐδὲν ἦσθ', ἀλλ' ἐξεπλήσσου τῇ τύχῃ τῇ τῶν θεῶν,
κἀμὲ παρεκάλεις—.

356. πόθεν L. Dindorfius. Vulgo ποθέν.

357. κακὸν error typothetæ pro καλόν.

358. ἱροῖς] Scribebatur ἱεροῖς.

363. λέληψαι codices. λέλησαι Ald.

364. ὡς φονεὺς οὐκέτι θυγατρὸς σῆς ἔσει μάλιστά γε] Versus a grammatico aliquo ad explicanda verba præcedentia compositus et satis misere quidem: nam particulæ ἔτι et μάλιστά γε nullum alium usum habent quam ut mensuram versus expleant.

365. αὐτός] Libri αὐτός.

τάδ'] Mactaturum te Iphigeniam esse: quod publice et coram exercitu pollicitus erat Agamemnon.

367. ἑκόντες Canterus. Libri ἔχοντες.

368. Comma post ἐνδίκως recte addidit H. Stephanus. ἐνδίκως refertur ad κακῶς, quod ignominiæ significationem habet.

370. Eubulus apud Athen. 13. p. 569 A. a Marklando comparatus, Ἑλλάδος ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω.

373. Manifeste corruptum est χρέους, quod nulla probabili ratione explicari potest. Aptissimum ad sensum est quod Reiskius conjecit γένους.

374. Interpungendum post ἔχειν, πόλεος autem ad sequentia referendum. Monuit Hermannus.

375. πόλεος Grotius. πόλεως libri.

376. 377. Affert hos versus Stobæus 84, 3.

378. βούλομαί σ' εἰπεῖν κακῶς εὖ] *Increpare, sed modo servato, cum verecundia quadam*, interpretatur Matthiæ. Hoc modo etsi explicari εὖ potest, fatendum tamen est valde inepte poetam conjunxisse adverbia κακῶς εὖ. Quod quum mihi parum credibile videatur, recte Marklandum αὖ correxisse puto, licet in εὖ consentiat Stobæus 31, 2.

379. σωφρονεστέρως correctum ex Stobæo. σωφρονεστερ° Ald. quod σωφρονέστερον significat, non σωφρονέστερος, quod in Brubachiana aliisque editionibus positum est. De scriptura codicum non constat.

380. Ald. ἀνὴρ γὰρ αἰσχρὸς αἰδεῖσθ' οὐ φιλεῖ. Pro αἰσχρὸς Florr. 1. 2. αἰσχρῶς. Particulam οὐ transponunt codd. tres Parr. duo Florr. οὐκ αἰδεῖσθαι. (ἰδεῖσθ/ Vict.) φιλεῖ Stob. ἀνὴρ γὰρ χρηστὸς χρηστὸν αἰδεῖσθαι φιλεῖ. Veram lectionem in Stobæo restituit Grotius, et hinc in Euripide Markl. MATTH.

382. χρήστ' ἐρᾷς Heathius. ἐρᾷς χρηστὰ codices. ἐρᾷς γε χρηστὰ Ald.

384. δῶ σῶν Dawesius Misc. crit. p. 341. Libri δώσω. Hunc locum imitatur Ennius apud Jul. Rufinianum de fig. sent. et eloc. c. 37. a Porsono indicatus.

392. ἡ δέ γ'] ἥγε δ' Matthiæ.

393. κἀξέπραξεν codices. ἐξέπραξεν Ald.

394ᵃ. στράτευέ γ' (γ' om. Par. A.B. et fortasse Florentini quoque), οἶμαι δ', εἴσῃ μωρίᾳ φρενῶν] Versus corruptus, cujus nulla dum inventa est satis certa emendatio. Heathio corrigendum videbatur οὓς λαβὼν στράτευέ γ'· οἶμαι, μωρίαν δ' εἴσῃ φρενῶν.

394ᵇ. οὐ γὰρ—συνιέναι] Hic versus accessit ex Theophilo ad Autol. 2, 54. et Stobæo 28, 10.

395. συνηναγκασμένους] κατηναγκασμένους Stobæus.

396. Post τέκνα ponatur comma: nam particula οὐ etiam ad

proximas sententias spectat. Lentingio κού scribendum videbatur.

397. παρὰ Reiskius. πέρα libri.

δίκης] Scribendum δίκην cum Porsono. Hesychius, παρὰ δίκην: παρὰ τὸ δίκαιον.

407. συσσωφρονεῖν σοι βούλομ', ἀλλ' οὐ συννοσεῖν libri. Correctum ex Plut. Mor. p. 64 C.

412. αὔχει Tyrwhittus. Legebatur αὐχεῖς.

413. φίλους τ' ἐπ' ἄλλους] Verba fortasse non ab Euripide scripta.

414—441. Hanc declamationem nuntii quique eam sequuntur duo versus Agamemnonis ab homine ineptissimo esse compositam recte judicavit L. Dindorfius, cujus hæc est ad v. 425. annotatio. "πέπυσται γὰρ στράτος, ταχεῖα δὲ διῇξε φήμη παῖδα σὴν ἀφιγμένην. Mirari sane subit tot virorum doctorum qui in emendanda hac fabula versati sunt hanc plane barbaram orationem concoxisse, διῇξε φήμη παῖδα σὴν ἀφιγμένην. Ubi quidem παῖδα σὴν ἀφιγμένην aut ab διῇξε pendebit aut ex φήμη. Si prius, inepta enascitur sententia: rumor concitavit filiam tuam huc profectam; sin alterum, uti dixi, plane barbarum est διῇξε φήμη παῖδα σὴν ἀφιγμένην, quod aut παιδὸς σῆς ἀφιγμένης aut παῖδα σὴν ἀφῖχθαι necessario dicendum erat. Et hoc quidem tantum vitium tantula mutatione tolletur, interpunctione modo parumper emendata: πέπυσται γὰρ στρατὸς, ταχεῖα δὲ διῇξε φήμη, παῖδα σὴν ἀφιγμένην. Unde et illud commodi enascetur quod istud πέπυσται γὰρ στρατός jam minus quam antea nude et jejune dictum est. Atque utinam omnia quæ huic loco prava insunt tam facili opera corrigerentur. Barbarum enim eo quod modo excussimus non minus est illud versu 418.: μήτηρ δ' ὁμαρτεῖ σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας καὶ παῖς Ὀρέστης, ὥστε τερφθείης ἰδὼν, χρόνον παλαιὸν δωμάτων ἔκδημος ὤν. Ubi si illud ὥστε τερφθείης ἰδών ex nuncii persona dictum est, ὥστε τερφθείης ἂν ἰδών scriptum oportuit; sin ex Clytæmnestræ, ὅπως τερφθείης ἰδών. Ita quoquo te verteris, inevitabilis barbaries orationi adhærebit. Quam video quidem sublatum iri corrigendo ὥς τι τερφθείης ἰδών: sed frigidum illud τί quis non sentiat sententiæ nocere plus quam prodesse? Porro ad illa fac animum advertas v. 420. ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, εὔρυτον παρὰ κρήνην ἀναψύχουσι θηλύπουν βάσιν. In quibus minime agnosco Græcam orationem: ὡς enim ut rectum esset,

sequi debuerat ἀνέψυχον: nunc autem quum ἀναψύχουσι sequatur, pravum est et barbare pro ἐπειδὴ positum. Quod si forte sic ordinem verborum instituas: ac sane Marklandum id facere video: ἀλλ' εὔρυτον παρὰ κρήνην ἀναψύχουσι βάσιν· ὡς μακρὰν ἔτεινον: difficulter orationis tam absurde inversæ alterum exemplum inveneris. Quippe enunciationum sic per ὡς particulam, *nam* significantem, annexarum hæc æterna et immutabilis lex est ut eas quarum rationem reddant consequantur, non ut præpostere antecedant. Omnino tota hujus nuncii narratio talis est ut desipere eum magis quam sapere credas. Adeo tumide, confuse, inepte loquitur. Quid enim illud quod incipit ὦ Πανελλήνων ἄναξ 'Αγάμεμνον, ἥκω παῖδα σοὶ τὴν σὴν ἄγων? Conjiceres ex his Iphigeniam eum esse in scenam sequutam: at illa multo post demum in eam ingreditur. At inquiat aliquis, ἄγων non est *huc in scenam* adduco, sed *Argis in castra*. Bene sane. Modo ne hic nuncius, verna haud dubie et vile mancipium, comes potius quam dux itineris esset, quique dominas suas magis sequeretur ipse quam hæ illum. Quam stulta porro et insipida sunt illa: ἐγὼ δὲ πρόδρομος σῆς παρασκευῆς χάριν ἥκω· πέπυσται γὰρ στρατὸς, ταχεῖα δὲ διῇξε φήμη, παῖδα σὴν ἀφιγμένην· πᾶς δ' ἐς θέαν ὅμιλος ἔρχεται δρόμῳ. Fateor equidem me imparem esse assequendo harum sententiarum nexui: præcurri ego ut te præpararem (in adventum filiæ, credo): nam totus exercitus advenisse eam comperit et spectatum concurrit. Facetum hoc quidem est: si advenisse Iphigeniam exercitus inaudiverat et per tota castra ad eam concurrebat, ideo Agamemnoni adventus ejus nunciandus erat? Quanquam quid dico? Agamemnonis παρασκευῆς χάριν nuncius se advenisse narrat. Id vero, si fieri potest, illo etiam absurdius est. Verendum scilicet erat ne Iphigenia, quam ad videndam undique totus exercitus concurrebat, Agamemnoni imparato et ignaro superveniret: ideoque nuncio huic præcurrendum, ne pater adventum ejus nesciret. Estne ut hic nuncius non furere plane ac delirare videatur? Nullam profecto rationem video qua aut hoc aut omnia illa quæ hucusque coarguimus defendi queant. Nec mihi quidem animus est ea excusare. Totam enim nuncii orationem putidum et quod Euripidis nomen ac famam diutius contaminet indignum emblema pronuncio. Inde est quod verba Menelai medio forte versu desinentia φίλους ἐπ' ἄλλους, ille medio etiam excipit ver-

sumque absolvit, ὦ Πανελλήνων ἄναξ, id quod inauditum est in tragœdia veterum. Inde venit inusitata verbi forma προτελίζουσι v. 433, inde omnia illa quæ supra solœca, falsa, inepta demonstravimus. Auferendam itaque hanc una cum eis censeo quæ ad illam respondet Agamemno,

> ἐπῄνεσ'· ἀλλὰ στεῖχε δωμάτων ἔσω.
> τὰ δ' ἄλλ' ἰούσης τῆς τύχης ἔσται καλῶς.,

præter morem ille sane tragicorum, apud quos nuncii rebus suis expositis sponte abire solent, non abigi e scena. Præterea idem inter hos versus egregius nexus est quem postremo in nuncii narratione observavimus: ne dicam illud ἰούσης τῆς τύχης nihili esse et nemini veterum sic dictum pro *favente fortuna*. Adeo larvatus Euripides hic ne per duos quidem versus personam quam induit tutari potest." Ceterum vix opus moneri nuntii hos versus ab homine scriptos esse qui multis seculis inferior fuit illo qui prologum composuit 49—114. parodumque chori additamentis suis amplificavit.

416. ὠνόμαξας codices. ὠνόμασας πότ' Ald. quod a correctore Aldino positum est, quem forma ὠνόμαξας offendisset, quæ nihil dubitationis habet in scriptore infimæ ætatis. Addendum autem hoc est vitiis ab L. Dindorfio supra memoratis.

417. σῆς Κλυταιμνήστρας δέμας] Hic quoque se prodidit horum versuum scriptor, qui si tragicorum linguam melius cognitam habuisset, σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ dixisset, quod conjecit Elmsleius.

418. ὥστε τερφθείης ἰδών] Metro coactus omisit ἂν particulam: de quo vitio dictum est ad v. 414.

420. ὡς] Male dictum pro ἐπειδή: vid. ad v. 414.

422. τ' Marklandus. Libri γ'.

425. δὲ] γὰρ Flor. 1. 2.

426. διῇξε Æm. Portus. Libri διῆξε.

Vulgatæ interpunctionis vitium correxit L. Dindorfius, cujus vide annotationem ad v. 414.

430. πράσσεται] πράσσετε Flor. 1. In Par. B.C. Flor. 2. supra adscriptum ε.

433. προτελίζουσι] Veteribus usitatum est προτελεῖν: sed recentiores verba non pauca in $\overline{\epsilon\omega}$ exeuntia in $\overline{\iota\zeta\omega}$ terminare solent. Unde factum ut hanc formam interdum intulerint librarii. Sic ap. Pollucem 3, 38. pro προτελεῖσθαι in codice

Jungermanni scriptum προτελίζεσθαι, et paullo inferius προυτέλιζον pro προυτέλουν.

435. τοῖσιδ' (debebat τοισίδ') Canterus. τοῖσι δ' Ald. τοῖσιν Flor. 1. 2.

436. καὶ σὺ—ὑμέναιον εὐτρέπιζε] Horum verborum sensum hunc, ut videtur, esse voluit, *Et tu, Menelae, fratrem adjuva in nuptiis parandis, quo celerius res procedat.* Nam quum Iphigenia jam advenerit, festinato opus esse videtur.

441. ἰούσης τῆς τύχης] Apertum est horum verborum non aliam esse posse sententiam quam *favente fortuna.* Quomodo neminem veterum esse locutum recte monet L. Dindorfius ad v. 414.

442. ἄρξομαι] Scribendum ἄρξωμαι cum G. Burgesio.

πόθεν Grotius. Libri σέθεν.

443. ἐς] Recte εἰς Ald.

οἶ'] οἷά γ' Flor. 1. 2.

447. Hunc locum imitatus est Ennius apud Hieronymum in Epith. Nepotiani ab J. G. Vossio comparatus,

Plebes in hoc regi antestat loco, licet
lacrumare plebi, regi honeste non licet.

448. ἄνολβα—ἅπαντα] Horum vocabulorum sedem esse permutandam recte judicat Musgravius.

449. γε] Scribendum δὲ ex Plut. V. Niciæ c. 5. p. 526 C.

450. ὄγκον] Plutarchus. Legebatur δῆμον.

452. αὖθις αἰδοῦμαι τάλας] Suspectum est αἰδοῦμαι.

455. ὄμμα] ὄνομα Par. B.

συμβαλῶ] συμβάλω Flor. 1. 2.

456. πάρος codices. πάρα Ald. ex conjectura quidem correctoris, sed quæ vera videtur.

458. νυμφεύσουσα Marklandus. Libri νυμφεύουσα.

462. ἱκετεῦσαι] Scribendum ἱκετεύσειν cum Marklando.

est, utpote rem et personam ignorantis: *ad temporis futuri arbitrium pertinere, quæ dixerat senex, nec aliter dijudicari posse; gravia tamen esse, et rem non exigui momenti indicare.* MUSG.

ἀνοίσει Marklandus. Legebatur ἂν ὤσῃ.

866. δεξιᾶς ἕκατι μὴ μέλλ', εἴ τι μοι χρῄζεις λέγειν] Illustrationem postulat hic locus. Δεξιᾶς ἕκατι nunquam significat *Per dextram*, quemadmodum vertunt: sed vel, *propter dextram*, vel, *dextram quod attinet.* neque probabile est, *Reginam*, Agamemnonis uxorem, obsecraturam esse *servum* suum *per dextram* ejus. nam longe diversæ sunt circumstantiæ, ubi Iphigenia in Tauris, v. 1068. supplicat Choro πρὸς δεξιᾶς, *per dextram.* Illæ enim ingenuæ erant, licet captivæ: et φίλας eas appellat Iphigenia, v. 458. et φιλτάτας, v. 1056. Aliter explicanda hæc sunt. Regum et magnatum mos erat dextram osculandam vel tangendam porrigere servis et humilioribus quibuscunque qui fidem ac protectionem eorum implorarent, aut aliud quid peterent, vel gratias agerent, vel gratularentur: vel denique simpliciter, in signum approbationis eorum. Res est notissima (in regibus adhuc durat,) et exempla ubique: vid. Alcest. 194. Sophoclem Œd. Tyr. 779. Arrianum Dissert. I. 19. Senex itaque pro more gratiam hanc exspectabat, atque hanc exspectationem gestu aliquo significasse supponendus est. Sed Clytæmnestra, moræ impatiens, jubet eum pergere tanquam hoc signum accepisset: *quod ad dextram* meam *attinet ne cunctere, si quid habes mihi dicere.* Reticetur in narratione *actio* aliqua senis, vel *gestus*, quem spectatores videbant: quemadmodum Mariæ actio, vel apprehensio pedum Domini nostri in isto D. Joannis 20. 17. Μή μου ἅπτου. MARK. Hæc mihi plane incredibilis esse interpretatio videtur. Nihil aliud hæc verba significare possunt quam *per dextram te oro*, nec indecorum hoc est reginæ, in eo præsertim quo agitatur animi motu, per dextram rogare παλαιὸν δωμάτων λάτριν ne cunctetur eloqui quæ dicenda habeat.

867. γ'] Scribendum μ' cum Porsono.

869. μ' ἐν codices. δή με Ald.

872. ποθ'] πείθ' Flor. 1. 2.

873. 880. κτενεῖν Elmsleius. Libri κτανεῖν.

875. τῆς codices. τὴν Ald.

881. λάβῃ] λάβοι Flor. 1. 2.

884. πρόφασιν Par. B. Flor. 1. 2. τὴν πρόφασιν Ald.
ἥ] Scribendum ᾗ cum Bothio. ᾧ Musgravius.
ἐκόμισεν Marklandus. ἐκόμισ' libri.
885. ἀγάγοις Blomfieldus. ἀγάγῃς libri.
νυμφεύσουσα Barnesius. Libri νυμφεύουσα.
886. καὶ σὺ] σὴ Flor. 1. 2.
889. 891. In fine horum versuum typotheta Oxoniensis signum interrogandi posuit, quum punctum deberet.
889. τέκνων] παίδων Par. A.
899. σῷ;] Error typothetæ, qui comma ponere debebat.
901. γεγῶτα] γεγῶτος supra scriptum in Par. A.B.C. γεγῶτα refertur ad σέ, ex præcedentibus verbis τὸ σὸν γόνυ intelligendum.
902. ἡ τίνος] Libri ἐπὶ τίνος. Emendavit Porsonus. Genitivus regitur a περὶ, quod in altero membro positum est.
909. σε addidit Marklandus.
πρὸς μητέρος Marklandus. Libri πρός τε μητέρος.
910. ἀμυναθεῖν] Scribebatur ἀμυνάθειν.
912. γελᾷ] Frustra Marklandus πέλας.
917. φέρει] φέρειν Par. A.B.C.
919. ὑψηλόφρων μοι θυμὸς αἴρεται πρόσω] Usitatum in hac similibusque locutionibus est ἄνω. Suspectum πρόσω, quod in προσῶν mutandum videbatur Hermanno, nisi nonnulla post hunc versum exciderint.
920. ἐπίσταται] ἐπίσταμαι Musgravius probabiliter. Idem Archilochi verba comparat apud Stobæum 20, 28. θυμὲ θύμ'— ἀλλὰ χαρτοῖσίν τε χαῖρε καὶ κακοῖσιν ἀσχάλα μὴ λίην—.
922. 923. Hos versus, qui dubitari potest an non sint scripti ab Euripide, choro tribuunt libri. Correxit vir doctus in diario classico fasc. 3. p. 612. Delendum comma post βροτῶν.
929. πείσομαι codices. πεισόμεθα Ald.
931. Ἄρῃ codices, partim supra scripto Ἄρει, quod est in Ald.
τὸ Brodæus. τῷ libri.
933. ἃ δὴ κατ' ἄνδρα γίγνεται νεανίαν] *Quantum est in juvene.*
934. καταστελῶ] Id est sedabo, dolentem leniam.
938. καὶ μὴ] μὴ καὶ Flor. 1. 2.
942—974. Versus spurii, ab homine scripti Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλιστέρῳ, ut verbo utar Aristophanis.

943. *θαυμαστὰ δ' ὡς ἀνάξι' ἠτιμασμένη*] Hanc locutionem parum aptam huic loco, ex versu Euripidis sumpsisse videtur Hel. 455. *ὦ δαῖμον, ὡς ἀνάξι' ἠτιμώμεθα.*

944. Inepte utitur imperfecto *ἦν ἄρα.*

945. *δ'*] *τ'* Flor. 1. 2. sed *δ'* supra scripto in Flor. 2.

947. *εἴπερ*] *ὅσπερ* Par. C. *ὥσπερ* Flor. 1. 2.

φονεύσει Schæferus. Libri *φονεύει.* Totus versus autem confictus est ex verbis Euripidis v. 937. *οὐ γὰρ—παρέξω σῷ πόσει τοὐμὸν δέμας· τοὔνομα γὰρ, εἰ καὶ μὴ σίδηρον ἤρατο, τοὐμὸν φονεύσει παῖδα σήν.* Absurdissime vero dictum est *εἴπερ φονεύσει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει, si nomen meum occidet marito tuo,* scil. *filiam.* Est hoc ejusmodi ut ne in tali quidem scriptore ferendum, sed *σῷ πόσει* in *παῖδα σὴν* mutandum esse dicerem, nisi et improbabile esset hoc in illud mutasse librarium, et vulgata scriptura facile eo explicari posset ut duas sententias, *παρέξω τοὔνομα σῷ πόσει* et *φονεύσω παῖδα σήν* in unam esse conglutinatam dicamus *εἴπερ φονεύσει τοὐμὸν ὄνομα σῷ πόσει.* Non multum dissimili audacia ab eodem aliove poeta v. 623. dictum est *καθεύδεις πωλικῷ δαμεὶς ὄχῳ,* hoc est *καθεύδεις ὕπνῳ δαμεὶς ἐν πωλικῷ ὄχῳ.*

951. *εἰς ἄκραν χεῖρ'*] Dictum pro *ἄκρᾳ χειρί.*

952. *ἡ Σίπυλος ἔσται πόλις ὅρισμα βαρβάρων, ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος*] Sipylus est oppidum Lydiæ in Magnesia, ubi habitabat Tantalus, Niobæ pater, a quo oriundi sunt Agamemnon et Menelaus, quos duces Græci exercitus respicit hic Achilles. Sensus autem: Si ego hanc puellam in hoc periculo constitutam ignave deseram, tum Sipylus, unde Agamemnon ortus est, gloriam præripiat omnem Phthiæ, quæ mihi vitam dedit. BARN.

πόλις, ὅρισμα] *πόλισμα* Par. A.

954. *Φθίας δὲ τοὔνομ'* Matthiæ editio ex conjectura Jacobsii, quæ correctoris Aldini scriptura nititur *Φθία δὲ τοὐμόν.* Sed restituenda codicum lectio *Φθία δὲ τοὐμόν τ',* hoc, ut videtur, sensu dictum, *Phthia egoque:* nisi forte *γένος* ex præcedente versu intelligi voluit, *Phthia genusque meum.*

955. *ἐνάρξεται* Musgravius, et recte fortasse. Libri *ἀνάξεται.*

958. *Τυχὼν* ad verba *ὃς πόλλ' ἀληθῆ λέγει* tantum spectat, illis *πολλὰ δὲ ψευδῆ* in parenthesi positis, ut supra 945. *Μενέλεως δ' ἐν ἀνδράσιν* parenthesin faciunt: qui multa vera dicit,

si fortuna ita fert; sed ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, quando vero rem non tetigit, non assecutus est, oblivione illud obruitur. MATTH.

959. οὐ Lentingius. ἢ libri.

γάμων Scaliger. Libri γαμούντων.

μυρίαι κόραι θηρῶσι λέκτρον τοὐμόν] Jactatio ex verbis Homeri Il. I, 395. absurdum in modum exaggerata.

963. Absurde de Clytæmnestra, quacum colloquitur, tanquam absente loquitur.

965. ἔδωκά τἂν] Libri ἔδωκέ τ' ἄν. ἔδωκα correctum in editione Brubachii, τἂν autem restituit Gaisfordus. Decepit librarios tertia quæ præcessit verbi persona ἐπείσθη, nec videntur animadvertisse argumentationem hoc modo procedere: *Contumelia me affecit Agamemnon clam usus nomine meo, quo si ei opus esse videretur ad filiam capiendam, debebat ab me petere ut uti eo sibi liceret. Quo facto ego facile ab Clytæmnestra eram impetraturus ut filiam marito elocaret, impetratoque Iphigeniam Græcis eram traditurus sacrificandam, si ab hac re penderet profectio ad Trojam.* Totum autem hoc inventum stultissime est ab scriptore horum versuum excogitatum, et duabus quidem de caussis. Primo enim manifeste repugnat iis quæ Achilles in genuinis versibus Euripidis dixit 936—941. nullo unquam pacto se adductum iri ut nomen suum fraudi ab Agamemnone meditatæ implicari patiatur. Deinde nequitia Achilli affingitur plane aliena ab moribus hujus viri, qui hanc ipsam ob caussam educatus ab Chirone erat, ἵν' ἤθη μὴ μάθοι βροτῶν κακά (v. 709.).

969. ἐν εὐμαρεῖ τε δρᾶν τε καὶ μὴ δρᾶν καλῶς] Horum verborum satis inepte delectorum hic videtur sensus esse, in arbitrio ducum erit positum utrum honeste an ignominiose tractare me volent.

970. τάχ' εἴσεται σίδηρος] Fortasse ex Phœniss. v. 253. μάχης, ἃν Ἄρης τάχ' εἴσεται.

971. ἐλθεῖν φόνον, κηλῖσιν αἵματος χρανῶ ex Porsoni conjectura legitur. Revocanda librorum scriptura ἐλθεῖν, φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ.

974. θεὸς—γενήσομαι] Hæc stultissima esse jam Marklandus animadvertit.

978. μήτ'] Scribendum μηδ'.

ἐνδεὴς τοῦδ' Marklandus. ἐνδεῶς (supra scripta litera η) μὴ τοῦδ' codices. ἐνδεῶς μήτ' Ald.

979. ἀγαθοί] ἀγαθοὶ codices et Stobæus 14, 5. οἱ 'γαθοὶ Ald.

980. ἢν codices. ἐὰν Ald. ἂν Stobæus.

981. οἰκτροὺς] οἰκτρῶς Par. A.

982. κακῶν] Scribendum κακῶν γ' ex Par. A. Flor. 1. 2.

983. τι] τοι Flor. 1. 2.

984. ὠφελῶν Canterus. ὠφελεῖν libri, et recte fortasse.

992. ἱκέτιν Portus. Libri ἱκέτην.

993. ἀπαρθένευτα] οὐ πρέποντα παρθένοις ex h. l. interpretatur Hesychius.

994. ὄμμα ἐλεύθερον Iphigeniæ est vultus ingenuus, qualis est liberi hominis. δι' αἰδοῦς, *cum pudore*, ut in illis διὰ φόβου εἶναι, δι' ὀργῆς ἥκειν Soph. Œd. C. 905. de quibus vid. Bergl. ad Arist. Ran. 1459. Brunck. ad Soph. Œd. T. 773. Elmslei. ad Med. 842. et ipsum δι' αἰδοῦς εἶπον Bacch. 441. MATTH.

995. ἢ μή] ιδους Par. A. ἰδού Flor. 1. 2. Illud ιδους, postmodo in ἰδού mutatum, ex αἰδοῦς esse corruptum, quod modo præcessit, recte animadvertit Matthiæ. Illud vero non vidit totum versum esse delendum. Nam Euripides si orationem Clytæmnestræ, quæ multo aptius modestiusque verbis præcedentibus finitur, tali aliquo additamento augere voluisset, paullo aliter esset locutus. Incommodum est enim παρούσης—σέθεν ita juxta se poni ut παρούσης de alia sit persona intelligendum quam σέθεν.

997. ὅμως δ' ὅσον γε δυνατὸν αἰδεῖσθαι χρεών] *Attamen, quantum fieri potest, reverentiam habere debemus.* His verbis Clytæmnestra significat, se non plane abhorrere ab ea sententia ut officii caussa adducenda sit Iphigenia. BOTH.

1002. ἥξετ' εἰς ἴσον] *Tantundem effeceritis.*

1003. ἢν Is. Vossius. εἰ libri.

1005. Comma post ἴσθι recte posuit Hermannus.

1006. μάτην σ' ἐγκερτομῶν Marklandus. μάτην ἐγκερτομῶν libri. Scribendum μάτην σε κερτομῶν cum L. Dindorfio, quem vide in Thesauro Stephani vol. 3. p. 79 D.

1009. ἔχῃ] ἔχοι Par. A.B.

1011. πείθωμεν Par. A.C. πειθώμεθ' (ωμεν) Par. B. Flor. 2. πείθωμεν τ' Flor. 1. πειθώμεθ' Ald.

αὖθις] αὖτις libri.

1014. ὅ τι Reiskius. τί libri.

1016. ἢν Marklandus. Vulgo ἄν.

ἀντιβαίνῃ] ἀντιβαίνοι Par. A.

1017—1023. Versus spurii quæ non peritiorem manum produnt quam quos superiori orationi Achillis adsutos notavimus 942—974.

1017. εἰ] εἴη Flor. 1. 2.

ἐπίθετ'] Inepte utitur aoristo ubi futuro opus erat. Verborum autem sensum hunc esse voluit, *si precibus tuis morem geret.*

1019. Notanda exquisita locutio ἀμείνων πρὸς φίλον γενήσομαι, *melior ad amicum fiam.*

1021. σθένει] σθένω Par. A.C. σθένω Par B. σθένει Flor. 1. 2.

1025. ἂν] Recte Hermannus ὡς corrigit.

1028. σε] γε Par. A.

φυλάσσομεν] Scribendum φυλάξομεν cum Marklando.

1033. ἔσται Marklandus. Legebatur ἔστιν.

1038. Scribendum uno versu συρίγγων—ἰακχάν pariterque in antistropho 1060. 1061.

καλαμοεσσᾶν Marklandus. Libri καλαμόεσσαν.

1039. ἔστασαν ἰαχάν] Scribendum ἔστασεν ἰακχάν cum Marklando, qui τίς v. 1036. male in τίν' mutat.

1044. Πηλέως] Πηλέος Par. A. Flor. 1. 2.

εἰς] Scribendum ἐς. Omittit Par. B.

1045. μελῳδοῖς—ἀχήμασι Elmsleius ad Heracl. 752. Scribebatur μελῳδοὶ—ἰαχήμασι.

1046. ἀν' Par. A. Vulgo ἐν.

ὄρεσι] Scribendum ὄρος cum Hermanno.

κλέουσαι Monkius ad Alc. 459. κλύουσαι libri, quod Brodæus in κλείουσαι mutaverat.

1054—1057. Hos versus rectius descripsit Hermannus παρὰ— | εἱλισσόμεναι— | πεντήκοντα— | γάμους ἐχόρευσαν, pariterque in antistropho.

1057. Νηρῆος] Scribendum Νηρέως cum Seidlero de vers. dochm. p. 261.

1062. Virginum Thessalarum verba sunt: μέγα, ὦ Νηρηὶ κόρα, μέγα φῶς μάντις ὁ Φοῖβος ὁ Μουσᾶν τ' εἰδὼς γεννάσεις Χ. ἐξ., ὃς ἥξει χθόνα et reliqua: *magnum magnum lumen vates Apollo et a Musis generationes edoctus Chiro prædixerunt, qui Trojam expugnabit armis Vulcaniis a matre acceptis, quæ eum beatum peperit.* HERM. Deleantur commata post vocabula φῶς, Φοῖβος, εἰδὼς et γεννάσεις vulgo posita. γεννάσεις

non secundam personam verbi, sed substantivum esse jam Barnesius viderat.

1063. Θεσσαλαὶ Heathius. Libri αἱ Θεσσαλαί.

1064. μάντις Ald. μάντις δ' codices.

Μουσᾶν] Generationes hominum quæ futuræ essent a Musis acceperat Chiro. HERM.

τ' om. Flor. 1. γ' Par. B.

1066. ἐξωνόμασεν] Metrum postulat formam epicam ἐξονόμηνεν, quam recte restituit L. Dindorfius.

1069. ἀσπισταῖσι] Scribendum ἀσπισταῖς cum Hermanno.

1073. ἐνδυτ'] Scribendum ἐνδύτ'.

1078. γάμον Νηρηΐδος] Scribendum γάμων Νηρῇδός τ' cum Hermanno. De versuum descriptione dictum ad stropham.

1079. πρώτας] πρώτης Flor. 1. 2.

1080. ἐπὶ κάρα στέψουσι] Junge ἐπιστέψουσί σε κάρα et per appositionem καλλικόμαν πλόκαμον. MATTH. Hujus epodi metra aliquot in locis (1080—1084. 1089. 1090.) tam mirabilia vel potius nulla sunt ut hanc carminis partem imperfectam reliquisse videatur poeta, perscriptis quæ in metri formam redacturus erat sententiis, si fabulam absolvisset. Eandem rationem illius esse carminis puto quod a v. 1283—1314. legitur, in quo ipso quoque non pauca sunt, quæ nullam probabilem præbent metri formam, licet verba ipsa sanissima esse videantur. Simile quid de secunda Nubium editione, quam imperfectam reliquit Aristophanes, observavimus in annotatione ad v. illius fabulæ 949.

1081. βαλιὰν ex Scaligeri conjectura legitur. Libri γ' ἀλιᾶν, commate non ante sed post hæc verba posito. Ineptum est huic loco adjectivum ἅλιος, quum Iphigenia non tanquam Nereis aliqua ex mari veniat. Nec tamen vitium tollere videtur Scaligeri conjectura βαλιὰν, quod valde inutile est hoc in loco juvencæ epitheton. Probabilius Musgravium γ' ἀθλίαν correxisse censeo, sed non servare debuisse γε particulam ab librariis additam hiatus tollendi caussa, de quo non laborandum si recte conjecimus hos versus non absolvisse Euripidem. Sed vereor ne ἀλιᾶν quoque sit abjiciendum, quod ex correctione vocabulo καλλικόμαν superscripta ortum videtur κα$\overset{\lambda\lambda}{\lambda}$ικόμ$\overset{\alpha\nu}{\eta\nu}$.

1083. Valde inutile est ὀρέων, quod glossema esse arbitror ad πετραίων ἄντρων adscriptum.

1086. ῥοιβδήσει] Scribendum ῥοιβδήσεσι cum Dobræo.

1087. μητέρι] Scribendum ματέρι cum Marklando.

1088. Ἰναχίδαις] Id est uni ex Argivis. MARK.

1089. 1090. De his versibus quid sentiam dixi ad v. 1080. Vix hæc sic scripta reliquisset Euripides, si hanc carminis partem absolvisset. Sensisset enim, ut opinor, aptius esse, omisso δύνασιν ἔχει, indicativum ponere σθένει, quum præsertim statim sequatur δύναμιν ἔχει.

1093. ἀρεστὰ error typothetæ est pro ἀρετά.

1096. καὶ κοινὸς] Sensus postulat καὶ μὴ κοινὸς, quod conjecit Hermannus.

1100. δ' Marklandus. Libri θ'.

1107. εὕρηχ'] Scribendum ηὕρηχ'.

1111. εὐτρεπισμέναι ex Matthiæ editione relictum. Recte libri ηὐτρεπισμέναι.

1112. καθάρσιον Reiskius. καθάρειον libri.

χεροῖν Musgravius. χερῶν Par. A. ἐκ χερῶν codices reliqui et Ald.

1117. δὲ om. Par. A. Flor. 1. 2.

1118. χὐπὸ Gaisfordus. γε χ' ὑπὸ libri, propter crasin ab librariis ignoratam.

σοῖς Matthiæ. Libri τοῖς.

1121. πρὸ Flor. 1. 2. Vulgo πρός.

1122. οὐδ' ἔθ' Par. C. Flor. 1. 2. οὐδέ θ' Ald.

μ' addidit Marklandus. Conf. v. 640.

1123. πρόσθ' om. Par. A.

1124—1126. Clytæmnestræ hos versus tribuit Victorius. Revocanda Iphigeniæ persona, quæ in libris est adscripta. Nam Iphigeniæ ut tribuantur hi versus verba Agamemnonis et præcedentia et sequentia postulant.

1130. μ' Marklandus. Libri γ'. Præstat σ', quod conjecit Dobræus.

1131. κτενεῖν Elmsleius. Libri κτανεῖν.

1133. ἔχ' ἥσυχος addunt codices: omisit Ald. correctoris, ut videtur, arbitrio, quem monometer offendit inter trimetros positus, de quo dixi ad Aristoph. Nub. 1233.

1134. εἰκότ' ἂν Marklandus. εἰκότα libri.

1136. μοῖρα καὶ τύχη Musgravius. τύχη καὶ μοῖρα libri.

δαίμων τ' ἐμὸς codices. καὶ δαίμων γ' ἐμὸς Ald.

1137. γε Matthiæ. Libri τε.

1138. τί δ' Matthiæ. τίν' Ald. τίμ' Par. B.C. Flor. 2. τιν' ἦμ' Flor. 1.

ἠδίκησαι] ἠδίκησε Par. B.C. Flor. 1. 2.

1139. ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει] Similiter Cicero ad Attic. 7, 3. a Porsono comparatus, *Caussam solam illa caussa non habet; ceteris rebus abundat.*

1141. πεπύσμεθ' ἃ σὺ Erfurdtius ad Soph. Aj. 190. Legebatur πέπυσμ' (πέπεισμ' Par. A.B. Flor. 1. 2.) ἃ σύ γε.

1143. κάμῃς Porsonus. Libri κάμνῃς.

1144. τί Matthiæ. με libri.

1149. ἔγημας] Libri ἔγημες. Correctum ex scholiasta Hom. Od. Λ, 430. et Eustathio p. 1693, 11.

1150. Hic Tantalus, Clytæmnestræ primus maritus, Thyestæ fuit filius, teste Pausan. Cor. c. 18. quanquam idem, c. 22. ambigit, utrum Thyestæ, an Brontei, filius fuerit. Bronteus autem Tantali primus filius fuit, Pelopis frater. HEATH.

1151. ζῶν Musgravius.

προσούδισας πέδῳ Scaliger. Libri προσούρισας πάλῳ.

προσούδισας] Hoc genus crudelitatis non raro apud veteres exercebant quibus inhumanior natura erat. Vide Suidam in voce et Psalm. 137. MUSG.

1153. σε Marklandus. γε libri.

ἐμὼ δὲ] Legebatur ἐμώ τε.

1160. ὥστε σ' Canterus. ὥστ' libri.

1162. 1163. σπάνιον—ἔχειν] Hi versus non videntur ab Euripide scripti esse.

1168. Μενέλαος] Scribendum Μενέλεως cum Dobræo.

γ' ἔθος L. Dindorfii editio ex conjectura Elmsleii in *Edinburgh Review* fasc. 37. p. 69. Libri γένος. Vera scriptura καλόν γε νὼ restituta in editione Brubachii.

1170. τἄχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα] τἄχθιστα Brodæi emendatio est. Libri ταχθεῖσα. Ceterum quum versus hic omni cum præcedentibus verbis nexu sit destitutus, ὠνούμεθα in ὠνουμένω mutandum videtur cum Musgravio, commate post τέκνα posito.

1171. εἰ στρατεύσει—γενήσει Elmsleius. Libri ἢν στρατεύσῃ—γενήσῃ.

1176. κάθωμαι] καθῶμαι Elmsleius. Libri κάθημαι.

1177. φιτύσας Elmsleius. Scribebatur φυτεύσας.

1178—1208. Versus spurii, digni poeta illo qui Achillis orationem versibus 942—974. auxit.

1179. μισθὸν] Hoc ex versu sumpsit 1169. sed admodum inepte. Mire etiam dictum καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους pro καταλιπὼν τοῖς δόμοις.

1180. ἐνδεῖ Reiskius. Sed recte libri ἔδει.

1182. Euripid. Bacch. 955. κρύψει σὺ κρύψιν ἥν σε κρυφθῆναι χρεών.

1189. ἢ τἄρ' Musgravius. οὔτ' ἄρ' Ald. Quod probat Matthiæ interrogandi signo post φρονήσομεν posito.

1191. ἐς] εἰς Flor. 1. 2.

προσπεσῇ Musgravius. προσπέσοις Ald. προσπέσῃς codices: quod defendi potest, subjunctivo aoristi pro indicativo futuri posito.

1193. ἐὰν] Ignoravit hic scriptor mensuram ἐὰν particulæ, de qua dixi ad Aristoph. Vesp. 228, sive sic sive ἂν scripsit. Vitare vitium potuisset, si σφῷν scripsisset, quod Mehlhornium conjicere memini.

προθέμενος] Fortasse προέμενος scripsit, quod conjecit Elmsleius ad Soph. Œd. T. 1460.: nisi προθέμενος aut de Iphigenia intelligi voluit ad sacrificium publice proposita, aut pro ἐξαίρετον dixit, quo utitur v. 1199.

1194. ἦλθον ἤδη] ἦλθεν ἤδη Par. C. Flor. 2. ἦλθεν δὴ Flor. 1.

1196. χρῆν Reiskius. χρὴ libri.

1199. ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'] Hoc dicit, nihil interfuisse Achivorum utrum Agamemnonis filia an alia quævis puella mactaretur.

1203. ὑστερήσομαι] Hoc pro στερήσομαι dixit more recentiorum Græcorum.

1204. ὑπότροφον codices. ὑπόστροφον Ald. Notandum ὑπότροφος, adjectivum ab hoc poeta, ut videtur, fictum: nisi ὑπόροφον scripsit quæ Scaligeri conjectura est.

1207. νῷϊ μὴ δή γε] In his tot fere peccata admisit hic scriptor quot sunt vocabula.

1208. τε om. Flor. 1.

1209. συσσώζειν] συνσώζειν Par. A. Flor. 1. 2.

1210. ἀντείπῃ Par. B.

1212. ἐπᾴδουσ'] μεταδουσ' Par. B.

1215. δυναίμεθ' ἂν Marklandus. δυναίμεθα libri.

1219. βλέπειν] λεύσσειν Plutarch. Mor. p. 17 D.

γῆν Plutarchus. Libri γῆς.

1221. γόνασι Barnesius. Libri γούνασι.

1224. εὐδαίμον' Piersonus. Libri εὐδαίμονος.

1225. ἀξίως] ἀξίαν Par. A.

1227. ἀντιλάζομαι] Scribendum ἀντιλάζυμαι cum Marklando.

1233. σε Marklandus. Libri γε.

1234. τῆσδε Par. C. Flor. 1. 2. τῆς γε Ald.

1237. ἦλθ'] Paris, ut monet Brodæus. Delendum hunc versum esse conjecit Matthiæ.

1240. ἦν Matthiæ. Legebatur εἰ. Quo servato Porsonus εἰ—πείθει scribebat: quod aptius videtur quam ἦν—πεισθῇς.

1242. συνδάκρυσον, ἱκέτευσον codices. σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίνου Ald. ex conjectura correctoris, quem verbum ἱκετεύω cum genitivo constructum offendit, quod analogia verborum δέομαι et χρῄζω defendi recte animadvertit Hermannus.

1243. μὴ θανεῖν om. Par. A.

τι] τοι Hermannus.

1247. ἀντόμεσθα] ἀντόμεθα Flor. 1.

δύο Barnesius. δύω libri.

1248. Moleste additum ἐστιν, nec sequentis versus verba apte cum præcedentibus sunt copulata.

1251. τὰ νέρθε δ' οὐδὲν] Legebatur τὰ νέρθε δ' οὐδεὶς. Correctum ex Stobæo 109, 5. ubi τὸ νέρθεν οὐδέν.

1252. θανεῖν καλῶς] καλῶς θανεῖν Flor. 1. 2. et Stobæus.

1256. φιλῶ τ' Marklandus. Legebatur φιλῶν.

1259. ναύφρακτον] Scribendum ναύφαρκτον.

1260. θ' additum ex Flor. 1. 2.

1262. 1263. Horum versuum ordo invertendus videbatur Marklando.

1263. κλεινὸν Reiskius. Libri καινόν.

1264—1275. Versus spurii, de quibus conf. quæ ad v. 528. dixi.

1264. 'Αφροδίτη] Inepte Venerem hic nominat. Mire etiam dictum μέμηνε—στρατῷ, quod Lobeckio ad Soph. Aj. 705. in ἔμηνε—στρατόν mutandum videbatur.

1266. 'Ελληνικῶν Elmsleius. Libri 'Ελληνικάς: quod revocandum, quum in tali scriptore incerta emendatio sit.

1268. θέσφατ' Scaliger. θέσφατον libri.

1270. Insolito modo dictum ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα.

1277. τοῦ σοῦ Heathius. σου libri.

1279. μῆτερ μῆτερ] μῆτερ μᾶτερ Flor. 1. 2. Scribendum μᾶτερ μᾶτερ.

ταυτὸν Porsonus. ταυτὸ γὰρ libri. Non male Dobræus ταυτὸν γὰρ δή, deleto altero μῆτερ.

1283—1314. De ratione metrica hujus carminis, cui Euripides ultimam manum admovisse non videtur, dixi ad v. 1080.

1286. μητρὸς] Scribendum ματρὸς cum Hermanno.

1291. ὤφειλεν] ὤφελεν Hermannus.

1296. χλωραῖς error typothetæ pro χλωροῖς.

1299. ἀνθεά θ' ex Matthiæ editione remansit. Recte libri ἄνθεα, id est ἄνθε'.

1300—1306. Ex his potissimum verbis, quæ manifestum est quam parum sint elaborata, intelligitur verum esse quod supra dicebam de carmine hoc a poeta non absoluto. Idem de versibus 1326—1329. dictum volo nimia verborum copia abundantibus.

1308. καλλονᾶς Matthiæ. Libri τᾶς καλλονᾶς.

1310. μὲν] μὰν supra scriptum in Par. B.C. Flor. 2.

1311. Verba πρόθυμά σ' (nam sic scriptum in libris) ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον in senarium descripta choro tribuebantur. Correxit Elmsleius et προθύματ' restituit.

1313. ὦ μᾶτερ ὦ μᾶτερ Flor. 1. 2. Vulgo ὦ μῆτερ ὦ μῆτερ. Bothius, deleto altero ὦ μᾶτερ, unum ex duobus versibus fecit hunc, ὦ μᾶτερ, οἴχεται προδοὺς ἔρημον.

1321. εἰς] Scribendum ἐς.

1322. Junge cum Heathio ἐλάταν πομπαίαν εἰς Τροίαν, abietem quæ Græcos in Trojam deduceret.

1323. μήτ'] Scribendum μηδ' cum Hermanno.

Sequentia Tyrwhitt. sic constituebat: Μήτ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ πνεῦσαι πνοιάν. Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις Ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρει, Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν etc. Non, puto, junxit μήτ' ὤφελεν ἄδ' Αὐλὶς πνεῦσαι ἀνταίαν πνοιάν, quod vix dici potest, sed mutatam esse structuram censuit μήτ' ὤφελεν ἀνταίαν πνοιὰν πνεῦσαι, quæ constructio non nisi apud seriores scriptores invenitur pro μήτ' ἀνταία πνοιὰ ὤφελε πνεῦσαι. Potius est μήτε Ζεὺς ὤφειλε πνεῦσαι. πομπάν pro ἄνεμον esse recte monet Musgrav. coll. v. 341. In sqq. duas constructiones in unam conflasse videtur Euripides, Ζεὺς μειλίσσων αὔραν ἄλλοις θνατῶν [ὥστε αὐτοὺς] λαίφεσι χαίρειν, et Ζεὺς

ἄλλαν ἄλλοις θνατῶν αὔραν διδοὺς, τοῖς μὲν χαίρειν, τοῖς δὲ λύπαν. Ita μειλίσσων per zeugma ad omnia refertur. Ad sensum recte Erasmus: *Ventis O utinam secundis Recta cursus ad Ilium Vexisset celeres carinas, Transversis neque flatibus In terramque ferentibus Euripi exagitasset undas Juppiter, auras aliis alias Placans, quo sua carbasa læti Placitis videant distenta notis, His immittere tristia suetus, Hos vi cohibens* etc. MATTH.

1327. τοῖσι bis Heathius. Libri τοῖς. Ceterum de v. 1326—1329. v. ad v. 1300.

1330—1332. Hos versus sic descripsit Hermannus, addito ante χρεὼν articulo,

ἢ πολύμοχθον ἄρ' ἦν γένος ἢ πολύμοχθον
ἁμερίων· τὸ χρεὼν δέ τι δύσποτμον
ἀνδράσιν ἀνευρεῖν.

recte, nisi quod alter versus fortasse hexameter fuit, ἁμερίων—ἀνδράσιν εὑρεῖν.

1333—1335. ἰὼ—κόρα] Hæc una cum sequentibus choro tribuunt libri. Correxit Blomfieldus.

1335. Δαναΐδαις Flor. 1. Vulgo τοῖς Δαναΐδαις.

κόρη ex Matthiæ editione relictum. Recte libri κόρα.

1336. κακῆς Flor. 1. 2. Vulgo κακῶν.

1339. τόν γε Reiskius. Libri τόν τε.

παῖδα, τέκνον Heathius. Libri παῖδ', ὦ τέκνον γ'.

γε addidit Heathius. Scribendum σὺ cum Hermanno.

1341. τέκνον, φεύγεις; 'Ιφ. 'Αχιλλέα τόνδ' Lentingius. Legebatur φεύγεις τέκνον; 'Ιφ. τὸν (τὸν om. codices) 'Αχιλλέα τόν.

1343. πεπτωκότα codices. πεπραγμένα Ald. Verba πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα leguntur Hipp. v. 718. Plato a Marklando comparatus Rep. 10. p. 604 C. ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι.

1344. Verba οὐ σεμνότητος ἔργον in parenthesi esse posita, ad ἣν δυνώμεθα autem intelligendum esse μίμνειν, monuit Bothius. Recte: nisi post ἣν δυνώμεθα versus excidit, quod mihi probabilius videtur.

1346. τίνα βοὴν] Accusativo utitur, βοῶσι intelligens, pro quo βοᾶται dictum est.

1347. λόγον] Scribendum λόγων vel λόγου cum Marklando.

1348. οὐδεὶς Heathius. κοὐδεὶς libri. Quo servato νιν in σφε mutavit Hermannus.

τοῖσδ' om. Flor. 1. 2.

1349. ἔγωγε Matthiæ editio ex conjectura Porsoni. Libri ἐγώ τοι. Scribendum cum Musgravio ἐγώ τι.

1350. σώζων Canterus. Libri σώζειν.

1352. Μυρμιδόνων] Μυρμιδῶν Elmsleius in *Edinburgh Review* fasc. 37. p. 71. recte, ut videtur.

1354. τὸν] Libri τῶν. Correxit Matthiæ, collatis locis similibus Soph. Aj. 726. Eurip. Hipp. 589.

1358. μαχεῖ Matthiæ. Libri μάχῃ.

1360. ὀνησόμεσθα dicit Achilles, respiciens ad id, quod Clyt. dixerat, ὄναιο τῶν φρενῶν, *utinam fructum capias probi animi tui*. Respondet, *Ego vero fructum capiam*. Fructum autem intelligit eum, quem e servata Iph. capiet. Erasmus: *Di, precor, tibi adsint prosperi.—Ii quidem sunt adfuturi*. MATTH.

1363. ἴδια Heathius. Libri ἰδίᾳ.

1364. Excidit comma post αἵρεσιν.

1366. τί χρὴ] Scribendum χρὴ τί cum Gaisfordo.

1367. οὕνεκ'] ἕνεκ' Par. A.B. Flor. 1.

1368. ταὐτὸ Matthiæ editio ex conjectura Musgravii. Recte libri τοῦτο, quod de cæde Iphigeniæ esse intelligendum Musgravius ipse animadverterat.

1373. ὅδε δὲ Marklandus. ὁ δὲ Par. A. Flor. 1. 2. ὃς ὅδε Par. C. ὃς δὲ Ald. In Par. B. quid sit non constat. Est fortasse ὅδε δὲ, quod Musgravius per errorem ex Par. A., qui ipsi est E., affert.

1376. δυσγενὲς Par. B.C. Flor. 1. 2. δυσμενὲς Ald.

1379. πορθμός τε ναῶν] νεῶν τε πορθμὸς Blomfield. in glossario ad Æsch. Pers. 177.

1381. τάσδ' Matthiæ editio ex prava conjectura Porsoni. Legebatur τᾶς, consentientibus codicibus, si quid ex silentio editorum colligendum, de quo dubito, quum Victorius τὰς annotaverit, quæ vera est scriptura, sumpta fortasse ex Flor. 2. et jam a Barnesio memorata.

1382. Non satis commode Helenæ ablatio Ἑλένης ὄλεθρος dicitur. MUSG.

ἥντιν'] ἣν Flor. 1.

1385. τοι] τι Par. A.B. Scribendum τοί τι cum Elmsleio, qui alio tempore malebat καὶ γὰρ οὐχ οὕτω τι λίαν—.

λίαν ἐμὲ codices. λίαν γ' ἐμοὶ Ald.

1386. κοινὸν] κοινὴν Elmsleius.

1387. πεφραγμένοι] Scribendum πεφαργμένοι.

1389. χὐπὲρ] τε χ' ὑπὲρ libri, nisi quod Par. B. γε χ' ὑπέρ. Correxit Marklandus. Similiter peccatum 1118. Cycl. 207. et alio modo Andr. 736.

1391. τοῦτό γ' vel τοῦγ' (το) codices. τοῦ γ' Ald.

ἆρά γ' ἔχομεν Bremius. ἆρ' ἔχοιμεν libri. Paullo probabilior Hermanni conjectura est ἆρ' ἔχοιμ' ἄν. Non videtur tamen hic versus persanatus esse, quum et γε post τοῦτο inutiliter illatum et cæsura sit violata, quod tragici rarissime sibi permiserunt.

1392. δεῖ] χρὴ Par. A., adscripto δεῖ.

1393. οὕνεκ'] ἕνεκ' Flor. 1.

1396. γενησομἀγὼ] Libri γενήσομ' ἐγώ. γενήσομαι 'γώ Reiskius.

1400. ἄρχειν εἰκὸς] Libri εἰκὸς ἄρχειν. Correctum ex Aristotelis Polit. 1, 1.

1407. σοῦ Canterus. Libri τοῦ.

1409—1433. Versus spurii, satis inepte genuinis versibus Euripidis 1405—1408. adjuncti ab eodem, ut videtur, homine quem notavi ad v. 1178.

1409. ὅ σου κρατεῖ] Si retinendum sit ὃ, subintellige τὸ θεῖον, petendum ex verbo θεομαχεῖν: sin ὃς legendum, ex eodem verbo pete θεός. MARK. Scribendum potius videtur ὅ σου 'κράτει.

1410. τἀναγκαῖά τε Reiskius. Libri τά τ' ἀναγκαῖά γε.

1418. ἀρκεῖ Reiskius. Libri ἄρχει.

μάχας] μάχης Flor. 1. μάχας (η) Flor. 2.

1425. Imperite dictum ὅμως δ' ἴσως γε. Id ὅμως γ' ἴσως scriptum in Par. A.

1426. τἀπ'] Vitiose dictum pro τὰ ὑπό.

1429—1433. His versibus homo loquax idem fere dixit quod versibus duobus præcedentibus. Offenderunt hæc etiam Hermannum, qui ipse quoque versus 1428—1433. ut spurios notavit, sed ab interpolatore non hoc loco, sed post 1416. adjectos fuisse conjecit.

1436. κάκιζε] *Timidum redde.*

1437. ἀδικήσει] ἀτυχήσεις Canterus.

1438. μήτ' οὖν γε τὸν σὸν πλόκαμον ἐκτέμῃς τριχός] Versus putidus et ab interpolatore confictus, qui pendentem scilicet Iphigeniæ orationem sustentare volebat. Atqui nihil opus est

fulcro, quum ipsa illam postea, etsi, quod ab Clytæmnestra interpellata esset, paullo aliter absolverit. Sane et aliis suboluit uno non duobus versibus hic Iphigeniam loqui debere: qui tamen mirum quod genuinum et elegantem quam spurium et inficetum dimittere maluerunt. Quo enim argumento utuntur versum 1439. μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλανας ἀμπίσχῃ πέπλους ex illo 1449. μηδ' ἀμφὶ κείναις μέλανας ἐξάψῃς πέπλους consarcinatum videri, luculento is potius testimonio est, idem quod ibi de sororibus Iphigeniæ prædicatur supra de Clytæmnestra dictum fuisse. L. DINDORF. Interpolatoris manum produnt particulæ οὖν γε ab hoc loco alienissimæ. Deleatur punctum in fine versus positum.

1440. δὴ Barnesius. δῆτα libri.

τέκνον Marklandus. Libri ὦ τέκνον.

1449. ἐξάψῃς] ἐξάψῃ libri. Correxit Reiskius.

1450. τι Elmsleius. Vulgo τί.

1455. τὸν ἀμὸν Scaliger. Legebatur τὸν ἐμὸν, cujus corruptelæ exempla plura de his ipsis verbis πατέρα τὸν ἀμὸν indicavi ad Soph. Philoct. 1314. ubi libri optimi πατέρα τὸν ἐμὸν, deteriores ex indocti librarii conjectura πατέρα τε τὸν ἐμόν. Quo non sagacior fuit qui in versu Euripidis πατέρα γε τὸν ἐμὸν scripsit, quod legitur in Par. C. Flor. 1. 2.

πόσιν γε Elmsleius. Libri πόσιν τε.

1456. κεῖνον δεῖ] Scribendum δεῖ κεῖνον cum Porsono.

1457. γῆς] τῆς Flor. 1.

1459. σπαράξεσθαι] Scribendum σπαράσσεσθαι cum Elmsleio.

κόμας] κόμης Flor. 1. 2. Qui fortasse κόμην voluerunt. Sic σπαράζομαι κόμαν Androm. 1209.

1461. μέγ'] Error typothetæ pro μέν'.

1466. Bremi offendit ad οὐκ ἀξίως; nam si sit *non pro meritis* (*unverdienter Weise*) nec iis quæ præcesserint generose et fortiter dicta, nec sequentibus convenire. Itaque legere malit ὡς ὁρᾷς γε, κἀξίως, [γ', εὖ κἀξίως Hermannus] *prout dignitas postulat, non lamentans* (mit Würde, mit Anstand). ἀξίως ἐμοῦ hunc sensum habere possit, ἀξίως per se positum vix puto. Et quidni, quæ ad mortem pro patria obeundam parata est, dicere tamen possit, non æquum esse, se delectam esse, quæ immoletur? MATTH. οὐκ ἀξίως nihil aliud esse potest, nisi *prout me dignum est*, ut Hipp. 1042. legitur ὡς ἄξιον τόδ' εἶπας, pro ἄξιον σοῦ. MATTH. in Addendis.

1469. Toup. append. not. in Theocr. 15, 98. (p. 464. ed. Heind.) per Διὸς κόρην Ἄρτεμιν intelligendum censet hymnum s. pæana in Dianam, qui ab istis verbis inchoaret. Mihi ἐπευφημήσατε παιᾶνα dictum esse videtur pro παιανίζετε, hinc Ἄρτεμιν additum. MATTH.

1471. Distinctionem post πῦρ sustulit Markl. αἰθέσθω πῦρ προχύταις καθαρσίοις est pro προχύται καθάρσιοι αἰθέσθωσαν ἐν τῷ πυρί. MATTH.

1477. 1478. Scribendum uno versu στέφεα—καταστέφειν, et post καταστέφειν comma ponendum.

1477. στέφεα περίβολα, &c.] Coronas innuit, sive infulas, quibus victimarum capita coronabant: de qua re Lucretius 1, 88. *Cui* (Iphigeniæ) *simul* infula, *virgineos circumdata comtus, Ex utraque pari Malarum parte profusa est*, &c. Vid. infra v. 1511. BARN.

1479. παγαῖς] Scribendum παγάς cum Reiskio et interpungendum in fine versus. Conf. v. 1513.

1480. ἑλίσσειν Ἄρτεμιν est choreis circuire Dianæ simulacrum. Dicitur autem, ut ἑλίξειν Λατοῦς γόνον, Herc. Fur. v. 691. s. et ἑλίξαι βωμὸν, Callim. Hymn. in Delum, v. 321. Petronius Arbiter:—*ter ovantem circa delubrum gressum feret ebria Pubes*. MUSG.

1485. τε] τάς τε Flor. 1. τε (τάς) Flor. 2. τε delendum esse probabiliter conjecit Bothius.

1487—1490. ὦ—πρέπει choro tribuunt libri. Correxit Seidlerus.

1487. ὦ— | ὡς— | δώσομεν—ἁμέτερα Ald. Verba ὦ πότνια—γέ σοι uno versu esse comprehendenda vidit Hermannus.

μῆτερ] Scribendum μᾶτερ cum Hermanno.

1491. ὦ νεάνιδες] ἰὼ ἰὼ νεάνιδες Hermannus.

1495. δάϊα] Scribendum δᾷα cum Hermanno.

1497. στενοπόροισιν codices. στενοπόροις Ald.

1498. μᾶτερ Seidlerus. Libri μῆτερ.

1499. Μυκηναῖαι codices. Μυκῆναι Ald.

θεράπναι Scaliger. θεράπαιναι libri.

1502. Ἑλλάδι με Elmsleius. Ἑλλάδι μέγα vulgo. ἐμὲ Ἑλλάδι Flor. 1. In Par. C. et Flor. 2. ἐμὲ adscriptum verbo ἔθρεψας. Quod in ἐθρέψαθ᾽ probabiliter mutat Elmsleius.

1505. Ald. uno versu ἰὼ—ἁμέρα. Quo pacto metrum hoc est

⏑ ⏑́ ⏑ – – | ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ –

1507. *Διός τε φέγγος, ἕτερον | ἕτερον αἰῶνα, | καὶ μοῖραν οἰκήσομεν*] Sic versus descripti in Ald. Probabilior metri forma restitui potest deleto altero *ἕτερον*,

Διός τε φέγγος, ἕτερον
αἰῶνα καὶ μοῖραν οἰκήσομεν.

1509. In Par. C. adscriptum *στροφή*.

1513. *παγαῖς*] Scribendum *παγάς* ex Par. B.C. Flor. 2. in
ας
quibus *παγαῖς*. Conf. v. 1479.

1514. *αἵμονος*] Legebatur *γε δαίμονος*. Quum *αἵμονος* in *δαίμονος* corruptum esset, additum est *γε* metri restituendi caussa. Marklando *διαίμονος* scribendum videbatur, cujus adjectivi exempla nulla sunt. Probavit hoc L. Dindorfius, cujus hæc est annotatio "Equidem recepi Marklandi emendationem *βωμὸν διαίμονος θεᾶς*, quum recte et secundum analogiam formetur *διαίμων*. Poterit tamen, cui minus arrideat vocabulum nondum repertum, illud ΔΑΙΜΟΝΟΣ ex ΦΙΛΑΙΜΟΝΟΣ relictum statuere. *Φιλαίμων* Diana dicitur, quod sanguinem virginis efflagitasset: quo tamen male Marklandus et illa trahit v. 1525. *θύμασι βροτησίοις χαρεῖσα*, quasi *χαίρουσα* scriptum esset: atqui *χαρῆναι θυσίαις* est *propitio numine accipere sacra*, quo ea etiam dii interdum excipere poterant a quibus plerumque abhorrerent. Aristophanes Nubibus v. 274. *ὑπακούσατε δεξάμεναι θυσίαν καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι*. Thesmophoriazusis v. 980. *καὶ Πᾶνα καὶ Νύμφας φίλας ἐπιγελάσαι προθύμως ταῖς ἡμετέραισι χαρέντα χορείαις*."

1515. *ῥανοῦσαν* Marklandus. Libri *θανοῦσαν*.

1516. *εὐφυῆ*] Scribendum *εὐφυᾶ*.

γε error typothetæ pro *τε*.

σφαγεῖσαν] Delendum: est enim glossema. Versus autem sic potius describendi, *ῥανίσιν αἱματορρύτοις | ῥανοῦσαν εὐφυᾶ γε σώματος δέρην*. In Ald. *ῥανίσιν— | θανοῦσαν— | δέρην— | πατρῷαι— | στρατός—*.

1518. *μένουσί σε χέρνιβές τε*] Scribendum *μένουσι χέρνιβές τέ σε* cum Seidlero.

1524. *ὦ πότνια* (*πότνα* Par. A.B. Flor. 1. et ex emendatione Flor. 2.) *θύμασι*] Huic versui *βροτησίοις* adjungit Ald. et recte quidem. Nam duplicato *πότνια* restituendus senarius, *ὦ πότνια θύμασιν βροτησίοις*. Quod vidit Hermannus.

1525. *εἰς*] Scribendum *ἐς*.

1529. Ἑλλάσι (male typotheta Ἕλλασι) Marklandus. Legebatur Ἑλλάδι.

1530. κρᾶθ' ἑὸν Seidlerus. κάρα ἑόν codices. κάρα τεόν Ald. κάρα θ' ἑόν Scaliger.

1532. Porsonus Præf. Hecub. p. xxi. (cf. ib. p. xx. xxviii. ad Orest. 1338.) sequentia usque ad finem fabulæ pro panno ab interpolatore recentiore assuto habet. Equidem in vss. 1532—1550. nihil magnopere, quod reprehendam, video. Nec vss. 1551—1558. prorsus abjiciendi videntur, præter unum 1556. Sed a v. 1559. in pejus ruunt omnia; primum ineptæ imitationis Hecubæ v. 525 sqq. satis expressa vestigia; tum multa et in sermonis leges et in metrum peccantia, ut 1569 sq. 1573. 1579 sq. 1584. 1588 sq. 1592. 1596. 1608. 1610 sq. Versus vero 1615 sqq. prorsus horribiles. Itaque hunc epilogum, ut ita dicam, mutilum et truncatum esse censeo, cujus v. 1532—1550, fortasse etiam 1551—1558, antiqui poetæ sint, reliqua hominis, qualis Sophoclis Clytæmnestram vel fragmentum Danaes procudit. MATTH. Versus 1532—1558. recte contra Porsonum defendit Matthiæ nec Porsonum hos versus Euripidi abjudicaturum fuisse credo, nisi opinione sua de versibus ex hac fabula ab Æliano allatis, de quibus in procemio dixi, in difficultatem se implicuisset aliter inexplicabilem.

1533. κλύῃς codices. κλύοις Ald.

1535. Post φόβῳ punctum, post παρούσῃ v. 1537. signum interrogandi ponit Ald.

1536. ἥκοις Scaliger. ἥκεις libri. Scribendum ἥκῃς cum Porto.

1541. που Marklandus conjectura non mala, sed quam necessariam esse demonstrari nequit. Restituenda igitur librorum scriptura μου.

1544. ἀνθεσφόρους Flor. 1. ἀνθεσφόρους (η superscr.) Par. C. Flor. 2. Vulgo ἀνθηφόρους.

1550. δάκρυα προάγειν vix alibi legitur. Comparari tamen potest ταῖσδέ τ' ἐξάγεις δάκρυ Suppl. 772. MATTH. Videtur poeta non προῆγεν scripsisse, sed προῆκεν, quod verbum per προάγειν explicare solent glossatores.

ὀμμάτων πέπλον προθείς] Rectissime observat Andreas Schottus Observ. Human. 5. c. 17. hunc Euripidis locum Timanthi, illi celeberrimo Pictori, ansam dedisse; ut Lucianus in Chro-

nosolone dicit, Pictores a Poetis imagines suas formare solitos. De hac re M. Tullius in libro de Perfecto Oratore—si denique Pictor ille vidit quum immolanda Iphigenia, tristis Calchas esset, tristior Ulysses, mœreret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse: quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari; etc. Hinc Plinius 35. c. 10. "Nam Timanthi vel plurimum adfuit ingenii. Ejus enim est Iphigenia, oratorum laudibus celebrata: qua stante ad Aras pictura, cum mœstos pinxisset omnes, præcipue patruum, cum tristitiæ omnem imaginem consumsisset, patris ipsius vultum velavit, quem digne non poterat ostendere." Vid. insuper M. Fabium Quintil. 2, 13. et Val. Maximum 8, 12. BARN.

1556. ἄγοντας] Mutata constructione pro ἄγουσιν dictum. Vide quos citavi gramm. Gr. §. 555. MATTH.

1557. εὐτυχοῖτε] εὐτυχεῖτε Flor. 1. 2.

1558. δώρου] Scribendum δορὸς cum Reiskio.

δ' error typothetæ pro τ'.

1559—1629. Versus spurii notati a Porsono: de quo v. ad v. 1532.

1559. 1560. Ducti ex Hec. 548. 549. sed ibi hoc petit Polyxena, quia voluntariam se et liberam (v. 550.) mori velle profitetur, hic, quia eos, victoria potitos, in patriam redire vult, an quia pro Græcia mortem obitura est? Prius ineptum, ex altero non sequitur id, quod petit. Melius autem scripsisset falsarius: πρὸς ταῦτα μὴ ψαύσῃ τις Ἀργείων χροὸς Τοὐμοῦ· παρέξω γάρ, ut est in Hec. In Ald. etiam interpungitur — — Ἀργείων ἐμοῦ σιγῇ· παρέξω. MATTH.

1561. τοσαῦτ'] τοσοῦτ' Flor. 1.

1567. ἔσωθεν] Inepte dictum de ense, qui intus est in vagina, extracto. "Ritum ipsum non nisi ex h. l. et grammaticis, schol. ad Orest. 188. et ad Aristoph. Pac. 948. novimus, satis operose h. l. descriptum, in quo mirari tamen subit, cur nunc demum in calatho condat cultrum, et quidem vagina inclusum, qui statim expediendus erat, et cur omnino e vagina extraxerit, quem mox recondere vellet. Nec φάσγανον vocari puto μάχαιραν. Quod grammatici dicunt, intelligendum est de cultro, quo in sacrificandis bestiis utebantur; hic conditus erat calatho (ἐκέκρυπτο ἡ μάχαιρα, ἐν ᾧ ἔκειτο ἡ ἱερουργικὴ μάχαιρα), non paulo ante sacrificium demum imponebatur. De ense, quo occidenda erat Iphigenia, nihil ejusmodi reperitur. Ensem aperte

vagina educit Neoptolemus immolaturus Polyxenam Hec. 543 sq. MATTH.

1568. Πηλέος Flor. 1. 2. Tum ἐν om. Flor. 1. βωμὸν θεᾶς ἔθρεξε insolita locutio; nec ἔθρεξα facile apud alium idoneum auctorem legitur, (vid. Pierson. ad Mœr. p. 187.) et quid opus est cursu? Sacra portantes lente incedere credideram. MATTH.

1570. Ald. ἔλεξε δ', ὦ θηρόκτον' Ἄρτεμι, παῖ Διός. Sed codices ἔλεξε δ' ὦ Διὸς Ἄρτεμις θηροκτόνε. Dianam vero tam aperte cum Luna confusam, ut sq. v. fit, apud nullum hujus ætatis scriptorem reperias, si Æschylum excipias, cujus locum laudat Galen. Comm. ad Hippocr. de morb. epid. 6. p. 454. sed corruptum. vid. Blomfield. ad Æsch. Prom. 821. Alibi Euripides Lunam, Solis filiam Phœn. 175. a Diana distinguit, nec φωσφόρος θεά Iph. T. 21. necessario Dianam eamdem esse, quam Lunam arguit. MATTH.

1572. Versus expressus esse videtur ad v. 537. Hecubæ. MATTH.

1573. Ἀγαμέμνων] Syllaba tertia imperite correpta.

1577. Nescio vero, cur in terram oculos dejecerint Atridæ et totus exercitus, e quibus sese eximit et idem seorsim sibi, ut viro primario, tribuit homo stupidus, qui ista narrat. Alias precantes ad cœlum oculos tollere consueverunt, ἰδεῖν εἰς οὐρανὸν εὐρύν Il. η', 178. An forte Christianorum consuetudo obversabatur versificatori? MATTH.

1578. Tres personæ sunt, Calchas, qui ensem vagina extractum, tum reconditum in calatho ponit, Achilles, qui circa aram currit, quippe πόδας ὠκύς, et, inter currendum puto, preces ad deam fundit, tertius sacerdos, qui precibus Achillis non contentus ipse etiam precatur. In Hecuba unus Neoptolemus et preces facit, et ense Polyxenæ cervicem ferit. MATTH.

1579. Ineptus sacerdos fauces inspiciens, ut, quam faucium partem feriret, constitueret; sed voluit interpolator dicere aliquid simile ei, quod in Hec. 563 sqq. legitur. MATTH.

1580. μικρὸν correpto iota dixit.

1581. αἴφνης ex Eustathio de Ismen. amor. 8. p. 309. et Eustath. p. 637, 16. 17. et aliis seriorum scriptorum locis citat Porson. Adv. p. 257. MATTH.

1583. *εἶδεν* jam olim conjecisse aliquem, e Marklandi nota colligo. *οἶδεν* libri. MATTH.

1588. *διαπρεπῆς τὴν θέαν* vix alius quisquam dixerit. MATTH.

1589. *ἐραίνετ'*] Scribebatur *ἐρραίνετ'*. Aut *ἐραίνετ'* scripsit, aut, quod Barnesius voluit, *ῥαίνετ'*.

1592. Versificator primam vocis *θυσίαν* syllabam produci posse putavit. MATTH.

1594. *μάλιστα τῆς κόρης* pro *μᾶλλον τῆς κόρης* dictum MATTH.

1595. *μιάνῃ* Par. B. *μιάνοι* vulgo.

1596. *ἡδέως* in duas syllabas contractum imperite.

1597. *'Ιλίου τ' ἐπιδρομάς*] Fortasse ex Hel. 404. ubi *ἀξένους τ' ἐπιδρομάς*.

1599. Accentu pedes dimensus esse videtur noster: — — ὡς | *ἡμέρᾳ τῇδε δεῖ*. MATTH.

1604. *ὥστε σοι φράσαι* solœce pro *ἵνα σοι φράσω*. Pro *φράσαι* Par. A. *φράσειν*. MATTH.

1608. *ἀφίπτατο*] Vid. Porson. ad Med. 1. MATTH.

1621. ΑΓΓ. errore typothetæ præscriptum, qui Agamemnonis nomen ponere debebat.

1627. *ἱκοῦ*] Libri *ἵκου*. Quod servari in hoc scriptore poterat.